5/

German, about 1450

47

Manuscript

Canticus Canticorum

c/



Walter Raglan Hubbard

1890.

No 19

281.

Osculetur me osculo oris sui / Quia meliora
sunt ubera tua vino fragrantia unguentis
optimis / Ad evidentiam huius libri qui
[illegible] intitulatur canticorum nuncupatur Notandum ad sensum
litteralem est sciendum quod ipse Salomon qui fuit rex poten
tissimus et sapientissimus ut patet in libris / misit literas
per nuncios solempnes ad pharaonem regem egypti / ut
desponsaret sibi filiam suam Et tunc rex egypti deberet hoc
facere / tamen hoc noluit facere nisi ad consensum virginis /
Que consuluit consensum suum / super isto facto ipsa deliberavit
quod factum esset / et quesivit de statu illius / de potentia .
et de persona regis / utrum esset pulcher et delicatus / quod cum
didicisset eum esse sapientissimum / et potentissimum Et
formosum / tamen non volebat credere nuntiis ergo dixit Osculetur
me osculo oris sui / hoc dicit veniat ad me ipse in propria
persona / ut possim eum videre facie ad faciem / Et si ipse
placuerit michi / tunc libenter consentiam in eum Cum tunc
venisset / dixit filia pharaonis . Quia ubera tua id est
amores tui sunt meliora et dulciora / quam optimum vinum
quod flagrat ex optimis unguentis / Oleum effusum
nomen tuum ideo adolescentule dilexerunt te nimis
Et cum [struck] ille filia pharaonis quesivit de nomine suo .
et audisset nomen eius / dixit ista verba / tuum nomen est
quasi oleum effusum / quod appositum semper supereminet /
ita etiam nomen tuum magis placet mihi / quia melius
sonat in auribus meis / quam omnia nomina mundi / et
plus delector audire illud / ideo adolescentule que au
dierunt a me / quod ita dilectus sis mihi factus / magnum

affimd dilectionis accesserit ad te / Trahe me post
te curremus in odore vngentorum tuorum / Et quia du
duxisti quod non tuum sponso amore totius mundi io non
tardas non moreris sed festinate trahe me post te
hoc est festinanter duc me ad terram tuam et nos curremus
in odore vnguentorum tuorum hoc est in terra tua ubi sunt optima
vngenta bene redolencia ubi morabor tecum
Introduxit me rex in cellaria sua / hic gloriatur
ipsa sponsa de familiaritate quam habuit ad eam
Salomon siue sponsus dicens quod salomon introduxit
eam ad secreta loca et ad cellaria ubi sunt omnes thesauri
absconditi aurum et argentum et lapides preciosi ut per hoc
consideraret affectum quem habuit ad ipsam et ideo intulit
Exultabimus et letabimur in te memores vberum
tuorum super vinum / Ex quo tu diligis me quod omnia secreta
tua et thesauros preciosos tuos mihi ostendis / Ideo amor tuus
vincit me quod magis gloria mea et meum solacium
est in te quia amor tuus excellit omne vinum preciosum
Ex quo ergo amor tuus tantus est et sapiencia potencia tua
tam magna ideo plus delector tecum hic manere in terra aliena
quam in terra propria et propter excellenciam tue sapiencie et potencie
recti diligunt te / Sequitur in textu
insito omnes boni et recti diligunt te
Nigra sum sed formosa filie iherusalem
sicut tabernacula cedar / Sicut pelles
salemonis / Nolite me considerare quod fusca
sim quia decoloravit me sol / Ad intellectum istius textus
sciendum quod ista filia pharaonis que venerat de egipto
in iherusalem fuit in parte maculata per ventum et

et puluerem in via et decolorata per ardorem solis et ad
uidissent eam filie regionis illius mirmurabat inter se
dicentes / Est ista puella de qua salomon fecit tantam vim
ista non est adeo pulcra sicut nobis dicebatur / bene in venisset
hic in terris adeo pulcram ymo pulcriorem / Non oportuisset
quod retulisset eam de longinquis partibus / Et ideo dixisset
filia pharaonis murmurantibus dixit ista verba Nigra sum sed for
mosa q. d. / O filie iherusalem non debetis hic de hoc mirari
quod facta sum nigra / Intemperies aeris puluis et ventus
que omnia decolorauerunt me / et quia per tam longam viam tamen
sum de egipto vsque huc / non est mirabile quod sum denigrata /
sed tamen sum valde formosa / et hoc apparebit bene quando balneata
et ornata fuero / tunc videbitis quod non sum ita deformis sicut
modo videtur vobis / sed bene pulcra sicut tabernacula cedar
sicut pelles salomonis / quia tabernacula illius cedar fuerunt
valde bene depicta ab intra et ornata / tamen ab extra fuerant
denigrata per ardorem solis / et tentorium illius salomonis
quod factum fuit de pellibus capitalium animalium / que pelles licet
fuerunt valde nigre / et per ardorem solis aduste tamen ab intra
fuerunt de licentia / et pulcritudine depicte variis figuris
et chimeriis / Et ideo nolite me considerare quod fusca sim
quia sum decolorata per ardorem solis / quia per longum tempus
ambulaui in aere et in sole / et est quasi tractum quod huc
in via et horem / et varia pericula sum deformata /
sed tunc videbitis pulcritudinem meam /

Filii matris mee pugnauerunt contra me posuerunt
me custodem in vineis vineam meam
non custodiui / Ad sensum litteralem istorum verborum
est sciendum quod fratres illius puelle non fuerunt in terra sua
quando pater desponsauit filiam suam regi salamoni et

quod salomon deduxit eam secum eius fuit cognati / Et cum
ei notum erat eius fratres doluerunt valde quia pater eorum de
sponsavit sororem eorum salomoni quia salomon fuit iudeus
et ipsi gentiles et congregato exercitu insequebantur salo
monem et voluerunt potenter et cum indignatione a salomone
eripere sororem suam et eam desponsare viro gentili / Et cum
ita eum persequebantur / nescientes qualiter obtinerent
puellam / transierunt unam vineam ubi multe ancille sede
bant / tenentes flabella in manibus / et amoventes muscas
de botris / et cum iminens vergeret / deposuit eam ad illas
ut sederet / et celaret se coram una ancilla / et dederunt
ei flabellum ad manum ad expellendum muscas de vineis
/ et pro cautela de luxerunt fratres suos qui eam sequebantur sequentes potentiores
exercitu salomonis / Et venerunt cum vinea illa ubi ipsa
sedebat / Et cum congressi fuissent ad pugnandum / ex fuit rogo
teneram et delicatam et perterrita pro multis perplexis nutriet de eo
loco ad aliud locum / ut effugeret manus bellancium / et caveret
sibi ne aliquid mali sibi eveniret // Isto prenotato est
sciendum / quod cum filia pharaonis venisset in iherusalem / venerunt
sorores et filie principum illius regionis / et receperunt eam cum magna
gloria / et cum quesivissent qualiter sustinuisset in via / narravit
eis singula / et inter alia dixit eis ita unde / Unde fugam
in via filii matris mee persequebantur me / Et pugnaverunt
contra me / quia non fuit de voluntate eorum / Et cum
non possem bono modo effugere manus eorum / tunc fecerunt
istam cautelam / posuerunt me ad vineam pro modo et unius
ancille / ut non notarent me / et quando vidi congressum
belli inter eos fui perterrita / et dedi fugam de illo loco ad
aliud locum / et non custodivi vineam mihi commissam
/ Et dicitur nomine mee / quia ita fuit ita coadunata anime
salomonis / quod magis concupivit fieri vicinius malum

qua salomon et quecumque mali ipsi salomi euenisset
ad accept quod sibi audiuisset &c —

Indica michi quem diligit anima mea vbi pascas
vbi cubas in meridie ne vagari incipiam
post greges sodalium tuorum // Ad intelligendum
hec notandum est quod rex salomon solebat tempore estiuali
morari in tentoriis extra iherusalem et de die equitauit in ve
nationibus per loca amena vbi fuerunt varia genera florum
Et noctu iacuit in tentoriis quod videns filia pharaonis timuit
quod gratia quam habuit apud eum esset diminuta et volens hoc ex
primi misit nuncios in hec verba // O dilecte quem ex toto corde
et ex tota anima diligo te Indica mihi vbi soles tu morari propter
ardorem solis ut possim peruenire ad te quia mihi videtur
quod tu non uales venire ad me et timeo quod amor tuus
sit elapsus a me quia sic relinquis me sic desolatam non
veniendo ad me

Si ignoras te o pulcherrima mulierum egredere et
abi post vestigia gregum tuorum et pasce greges
tuos iuxta thabernacula pastorum // Hic consolatur
ipse salomon amicam suam super omnibus prius dictis dicens O
pulcherrima mulierum Si tu nescis quali amore te diligo
Surge et accipe potestatem super gregem meas et sis coequalis
mihi in regno et habeas potestatem super pastores meos Sapien
do quicquid placuit et omnia statuit ad nutum tuum Et ad
voluntatem tuam et non attendas potius affectum et dilectionem quam
habeo ad te quia diligo te super omnes mulieres // Equitatui meo
in curribus pharaonis assimilaui te amica mea // Hic
iam ex alio audit dilectam suam ad eam dicit Sicud ex ictu
curruum meorum et equitatuum meorum excellit exitus partis
tui ita tu quasi aliis mulieribus excellis omnes in pul
critudine et decore Pulchre sunt gene tue sicut turturis

collum tuum sicut monilia. Hic iterum commendat eam ad alias
partes corporis dicens Gene tue hoc est superior pars corporis
supra maxille que est inter oculos et maxillam. Et ita notatur
gena. Ergo dicit quod gene tue sunt ita delicate et pulcre ad
inspiciendum sicud ipsius turturis quia gene turturis
sicut apparet in motibus earum sunt valde pulcre quia ad aspectum
solis apparent rubei coloris. Sic gene ipsius sponse erant
valde pulcre et bene colorate decenti colore. Et collum tuum
sicut monilia que magno artificio sunt bene polita vel sculpta
et quia talia monilia multum ornant mulieres. Sic collum tuum
ornat corpus tuum quia collum tuum est erectum et planum.
Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas
argento. Et quia tu es ita delicata et pulcra et amor
tuus tam afficit nos faciam ergo per aurifabros murenulas
aureas que sunt quoddam genus monilium et faciam illos vermi
culatas argento hoc est variatas esse delicata ad ornandum et pulcra
omnia ea dedi tu poteris per eundem quem sit inclinatus t
Cum esset rex in accubitu suo nardus mea ~~dedit~~ dedit
odorem suum. Hic filia pharaonis certificata de amore salo
monis instigat ad magis diligendum et ponit fortitudinem
suam dicens Cum rex esset in accubitu suo hoc est cum recessisset
fuit de campis et comederet mecum tunc mea nardus que
est valde nobile unguentum dedit odorem suum. Et cum illum odorem
sensisset rex propter hoc incepit me plus amare et delectabatur fere
semper esse mecum. Fasciculus mirre dilectus meus michi
inter ubera mea commorabitur. Hic ipsa filia pharaonis que
cupit in commendacione sui sponsi dicit quod dilectus meus est michi
quasi fasciculus mirre quia videlicet est multum odoriferum sicut
mirra. Ita sua presentia est michi delectabilis et amena et commo
rabitur inter ubera mea hoc est numquam separabitur ab amore
meo quia diligo eum super omnem mundum. Botrus cypri
dilectus meus in vineis engadi. Hic consequitur
commendacionem sui sponsi dicens Similiter botrus cypri est amenus
ad videndum quoniam cyprus est optimum vinum totius mundi

Item a murena que est quoddam genus piscis dicitur hec murenula et est quoddam torques seu cathenula ex auro vel argento facta collum ipsum circumdans ad similitudinem ipsius piscis murene. Item vero ordine flexuoso fabricata. Item vermiculatus ta tum id est distinctus et adornatus vario.

et in vineis engadi | ita suauis est michi gracia dilecti mei | et
ita dilectus uide eum | sicut homo magis possit delectari in pom
illig vini | sed in gustu botri de vino cypres.

Ecce tu pulchra es amica mea | Ecce tu pulchra oculi
tui columbarum | Salomon commendat suam sponsam primo
in generali | 2º in speciali in aliquibus partibus corporis puta in
oculis dicens | O speciosa mea formosa tu es in oculis
meis valde pulchra | Et hoc dicit bis pulchra | quia duplicem
pulchritudinem scilicet quantum ad pulchritudinem corporis et personæ
2º quantum ad pulchritudinem morum | et hoc sic declarat | quia dicit
oculi tui sicut columbarum | quia sunt clari et directi non ex obliquo
respicientes | et sunt ex recidinum ad statum perfectum recu
si et sunt amoris conceptivi

Ecce tu pulcher es dilecte mi et decorus lectulus noster
floridus tigna domorum nostrarum cedrina laquearia
cypressina | hic sponsa commendat sponsum suum dicens | O dilecte mi
tu es multum pulcher et decorus | quia gentilis et formosus
et potentia et sapientia excellens omnes homines | et lectulus noster
floridus | quia cortine lecti mei sunt bene ornate | et depicte variis
figuris rosis et liliis | et etiam de aliis speciebus florum | et tigna domus
mee sunt bene cedolinata | quia sunt cedrina | laquearia mea sunt
cypressina et ita ligna multum redolent | ergo tu multo sapiens
diceris quia commoda tu fecisti de tam nobili materia

Ego flos campi et lilium convallium | hic salomon incipit
se ipsum commendare dicens ego flos campi i. ego sum flos campi
quia sicut flos est rubeus purus et amenus | ita ego sum
pulcher rubicundus delicatus gentilis affabilis et totus delectabilis
et desiderabilis | et sicut lilium convallium est candidum et album
et longe floridum et speciosum | tunc crescit in quolibet statu suo
candidus in corpore | et albus in colore | et quibus sum multum
pulcher et formosus dux et sapiens | sed ad hoc regnat
in me humilitas que multum ornat me | Sicut lilium inter
spinas sic amica mea inter filias | hic iterum incipit
commendare sponsam suam dicens sicut enim lilium comparatum ad
spinas | quia lilium est album et habet intrinsecus colorem gla(u)cum

sic dilecta mea est inter alias dilicata et albedo tua est intermixta
rubicunditate Et sicut iste glaucus flos decorat spinam lilium sic
verecundia decorat te et sicut lilium excedit spinas in lenita-
te et odore in comparatione sic tu excedis omnes mulieres in leni-
tate morum in odore bone fame in aspectus pulchritudine
**Sicut malus inter ligna silvarum sic dilectus meus inter
filios** Ad intellectum istius hoc est quod malus est arbor in medio na-
vis vel ita eadem arbor adhuc stans in navibus id est
arbor filia pharaonis comparat dilectum suum. dicit Arbor quae portat velum in
tota navis regitur et optime dirigitur ad competens locum sic per
sapientiam tuam que mitis est in toto regimine optime gubernatur et
regitur et sic ista arbor excellit omnes alias arbores in pulchritudine
in longitudine sic tu excellis omnes homines in pulchritudine et
decore **Sub umbra illius quem desideraveram sedi et fructus
eius dulcis gutturi meo** Hic ponitur primum per fructum. hoc dicit
quem tantum diligo eius tempore eius umbraculum Et dicit sensio mea et
stabo sub protectione eius omni tempore et fructus eius hoc est amor eius
est multum dulcis et suavis gutturi meo et secundum ubique
ponitur guttur in sensu intelligitur cor quasi dicit Amor suus est meo cordi
ac si comedens fructum suavissimum in sapore **Introduxit me
rex in cellam vinariam ordinavit in me caritatem**
Hic ipsa filia pharaonis gratiatur rem de precipua prerogativa
dilectionis dicit dilectus meus non solum ostendit michi thesauros suos
sed etiam me introduxit me ad illam cellam vel ad cellariam
ubi sunt meliora vina sua ita quod nichil remansit michi ipse
ostendit michi et plus ordinavit in me caritatem hoc est valde
ordinate ostendit michi amorem suum quod prius ostendit michi the-
sauros suos modo vina vel paulatim et ordinate ostendit
dilectionem suam ad me

**Fulcite me floribus stipate me malis quia
amore langueo leva eius sub capite meo et
dextera illius amplexabitur me** Sed quod est intelligendum
est secundum quod ipse salomon propter varia negocia regni
sui aliquando recessit de syon ubi commorabatur sponsa sua

et sic accidit quod uno tempore rex salomon nimis se absen
tauit a presencia sue sponse / et ipsa fatigata tedio / et
afflicta de absencia et tremebunda / et amens in
parte effecta / quia de die in diem de hora in horam sperauit
aduentum sui dilecti / Et ipse non veniat forte propter ardua negotia / que
tractare habuit / et ipsa tam anxia effecta ex uigiliis et tedio
quod habebat / de tristauit se in lecto . dicens . fulcite me floribus / hoc est
ferte mihi diuersas species florum / et aspectu et odore eorum possum
recreari et confortari / stipate me malis / hoc est circumstate me
malis granatis / et talibus pomis et aliis fructibus / quia
amens sum effecta / de tam longa absencia dilecti mei / ut
ad huc veniret / et poneret suam leuam / hoc est sinistram ma
nuum sub capite meo / et sustentaret me / et dextera
sua amplecteretur me / illud esset maius solacium meum
quod michi ita in infirmitate et debilitate possem inuenire
Adiuro vos filie iherusalem per ~~capreas~~ capreas ceruosque cam
porum ne suscitetis neque euigilare faciatis di
lectam meam donec ipsa uelit / hic est aduertendum
quod tunc ipsa filia pharaonis tunc sicut fatigata tedio de
absencia sui dilecti / posuit se ad lectum et tandem ex fatigatione
obdormiuit / et interim tunc sic dormiuit salomon expeditis
negociis suis venit in syon / ut suam dilectam uisitaret
Et tunc uenisset in ueniret ad dormientem / et ad adolescentule
narrabat salomonem de tedio quod habuisset de sua absencia
ita quod nec comedere nec dormire nec bibere potuisset et quemadmodum
illis dixit salomon / O uos filie iherusalem / Adiuro uos et
districte precipio uobis / per capreas seu uos et tempore / ut non
excitetis eam / sed permittatis eam dormire ad libitum suum
et ad sufficientiam suam / quia tamen fatigata est / quia sompnus
interdum recreabit eam / et ad mittat eas pro uos tempore
quia talia animalia solebant reges offerre quemque aliquid

edixerunt per oblacionem talem volebat quod mitius fieret
teneatur Vox dilecti mei En ipse venit saliens de mon-
tibus transiliens colles similis est dilectus meus capree
hynnuloque cervorum Nota quod adolescentule sic loquerentur
cum salomone ut exposuisset ei omnia tedia et afflictiones
quas habuisset ipsa interim pro eo et sic ipse eas adnichilasset
ne ipsam expectaret ipsa filia pharaonis evigilat a se ipsa
et cum ipsa audisset dilectum suum advenisse confabulantem
adolescentulis suis dixit ad ipsas En ne ipsa vox dilecti mei
est non eum poterat clare respicere quia oculi eius erant obnu-
bilati pro sompno sicut patet in vero quod homo qui de sompno
evigilat non potest bene respicere ergo dicitur Nunquid vere dilectus meus
quod cum audivisset eum advenisse dixit Velociter veniet non
credidissem quod posset tam cito redire Vere ipse tam cito de ista
longinqua via venit ac si nunquam ivisset cum pede sed sal=
tasset in montibus et saliendo acceleravisset et celeravit et magis
in pectu transilivit omnes colliculos etc. Dilectus meus
est similis capree et comparatur capree hynnuloque cervorum que sunt ani-
malia velocissima quia tale animal aliquod vix potuisset ita
viam ita cito terminasse En ipse stat post parietem nostrum
respiciens per fenestras prospiciens per cancellos
Ad intellectum huius est sciendum quod illa domus in syon ubi
habitabat filia pharaonis habet fenestram unam ad unius poste
et quod una parte erat cancellata et alia parte non erat qua
prospexit salomon qui sic loquebatur cum adolescentulis suis et ipsa
tunc sponsa evigilavit et quesivit ab adolescentulis utrum
venisset dilectus suus et cum sic concederent eam ipse salomon
astabat iuxta fenestram et auscultabat verba eius tunc dixerunt
adolescentule ad eam quid loqueris de eo tamquam sit absens
Ecce ipse stat post parietem nostrum hoc est domus nostre
et respicit per fenestram et prospicit per cancellos ita quod tu non
potes eum videre sed ipse optime videt te et audit omnia

uerba tua et ideo noli loqui mecum absenti sed loquere tamquam
presenti En dilectus meus loquitur mihi surge amica mea
formosa mea et veni iam hyemps transiyt ymber
abyt et recessit flores apparuerunt vox turturis
audita est in terra mea tempus putacionis aduenit
ficus protulit fructus grossos suos vinee florentes o
dorem dederunt hic est ad intendendum quod rex salomon edificauit
unam domum speciosam pulchram et magnam in ierusalem pro filia
pharaonis in qua ipsa sedebat debat [illegible] et edificauit
eam nobilissima materia de lignis et lapidibus valde preciosis
Et mutabat eam ad hoc ut in habitaret illam solempniter
domum quod ad hunc rosa nascatur in syon et posuit multa
argumenta ita quod bono modo non posset sibi denegare peticionem
suam ergo ipsa dixit ad adolescentulas suas Videte et audite
quam amabiliter dilectus meus supplicat mihi ut descendam in ierusalem
et vocat me suam sponsam seu amicam ex singulari dilectione
quam habet ad me et vocat me columbam suam propter amorem ergo me in
uitat Et vocat me formosam propter excellentem pulchritudinem
quam inuenit in me et non possum me excusare propter frigus quia
hyemps transiyt iam sol appropinquat et iam aura est bene disposita
temperata et bona et bona ad ambulandum quia ymbres iam
non sunt et terra iam germinat et producit omnia genera florum ita quod
iam terra est amena in aspectu turtures iam cantant propter calorem
solis et nidificant et est tempus putacionis hoc incisionis
quia iam rami vinearum debent incidi ut germinent sicut protulit
grossos suos Notandum quod ficus est arbor ista que bis in anno
producit fructum et prius fructus non est ita bonus sicut secundus
ergo dicit grossos suos et vinee redolent Et dat bonum odorem
quia iam florent vel floruerunt ergo merito debes quod audire me
et peticionem meam adimplere quia tamen nullum obuiat obstaculum
per quod poteris te excusare

Surge speciosa mea columba in foraminibus petre
in cauernis macerie Ostende michi faciem tuam Sonat
vox tua in auribus meis Vox enim tua dulcis et facies

tua decora / Sic ſalomon invitando ſponſam aſſignat plures voces
et argumenta ut de ſyon in iherusalem veniret ad inhabitandum
illam domum quam edificavit ſibi in iherusalem. d. e. / O dilecta ſpo
ſa mea deſcendas in iherusalem Non enim decet te ſic modo
habitare in iſtis humilibus edificiis quia parata ad domum illam in iherusalem
vel per dicta foramina in quibus ſolent columbe habitare et nidificare
ergo debes merito exaudire peticionem meam ut deſcendas in iherusalem
Oſtende michi faciem tuam hilarem et iocundam ut per hoc ſpondere
valeam quod velis me exaudire peticionem aliquis hilariter et iocunde
et amicabiliter loquitur ut petens videat quod graciam benivole
et libenter exaudiat eum et ſic idem eciam petit ſalomon ut oſtendet
faciem ſuam hilarem et iocundam quia qui non vult aliquem ex
audire ſolet eum reſpicere torvo vultu Ita non facias michi ſed
aſpicias me letanter / Sonet enim vox tua in auribus meis
hoc eſt da michi reſponſum amicabile et leticie ſonans me eſſe
exauditum quia vox tua eſt dulcis quod ſi exaudieris me hoc
erit ita dulce et amenum audire auribus meis et facies
tua decora et plena gracia ſcilicet et melliflua et plena cum
ſuavitate oculis meis ergo merito pre ſum exaudiendus
Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vine
as / nam vinea mea floruit / Sic eſt advertendum quod iuxta
iſtam domum quam edificavit in iherusalem filie pharaonis ſpo
ſe ſue erat unus ortus magnus ad modum nemoris qui
vocabatur ſaltus quia ibi erant arbores eminentiſſime et
in tanta copia quod diverſa animalia regalia poterant habere paſcua
ſua / Et includebantur ibi animalia ſaltuaria et propter hoc ſaltus nun
cupatus eſt / Et fecit rex ſalomon unum tranſitum de iſta domo
ad iſtum ortum iuxta quem ortum ſalomon fecit unum ortum ſeu
vineam quam plantavit de optimis vitibus quas ſibi de ter
minis partibus univerſe hic apportare fecit ſed quia in iſta ſilva
erant vulpecule que deſcendebant ad vineam illam / Et de
ſtruxerunt vineam illam quia libenter corrodebant et demo
liuntur vineta ergo rex ſalomon iuſſit iſtas capi et occidi

vt non destruerent istam et quando sponsa sua dilectum descenderet ad inhabitandum illam domum in ierusalem nichil esset quod sibi displiceret sed quod omnia essent bene disposita et ordinata pro commodo suo ad placitum suum ut cum omni commoditate et dilectione ibi habitaret et nichil esset quod retraheret eam ad aliud remanendum

Dilectus meus michi et ego illi qui pascit inter lilia donec aspiret dies et inclinentur vmbre Reuertere similis esto dilecte mi capree hinnuloque ceruorum super montes bethel / Hic filia pharaonis loquitur ancillis suis de dilecto suo / dicit, Vos audistis quomodo amicabiliter dilectus meus supplicauit michi ut descendam in ierusalem et tamen tantum diligat me et ego multum eum quid videtur vobis quid faciendum sit. Certe non possum sibi bono modo denegare voluntatem suam vltimam non veniet et libenter consentiam sibi primo timeo quod sit michi offensus quod non consensi et hoc iudico et suspicor ex hoc quod tam diu absens est et non reuertitur sed manet ibi in tentoriis et recreatur in odore liliorum quod subiungit qui innuerit sibi tantum pro nutrimento dicit. O dilecte mi Noli esse absens tam diu a me sed reuertere cito quia multo affligor tedio propter et estu in recessu et in via similis capree hinnuloque ceruorum quia ista animalia sunt velociora et dicit specialiter super montes bethel quia in illo monte sunt velociora quam in alio loco forte propter meliora pascua illius loci |

Capitulum tertium

In lectulo meo per noctem quesiui quem diligit anima mea / Quesiui illum et non inueni. Hic filia pharaonis exprimit amorem quem habuit ad dilectum suum dicit ancillis / Ego tantum affligor tedio et tanto desiderio reditus dilecti mei quod etiam nocturno tempore in sompnis occupor cum eo et quero eum palpando hinc inde ad lectum in sompnis / Et non inuenio ipsum et sic illudor in sompnis / Surgam et circuibo ciuitatem per vicos et plateas querens quem diligit anima mea / Quesiui illum

et nō inveni Invenerunt me custodes ~~ciuit~~ qui
custodiunt ciuitatem Num quem diligit anima mea vidistis
Paululum cum pertransissem eos inveni quem diligit
anima mea Tenui eum et nō dimittam donec in-
ducam eum in domum matris mee et in cubiculum geni-
tricis mee | Et hic sicud filia ~~babilonis~~ pharaonis narratur ado-
lescentulis suis quanto tedio affligatur propter dilectum suum dicens nā
prescripta | Ego quo dilectus meus non venit et tam diu tardat
venire ad me et quod timeo eum indefensum quod nō exaudiui
peticionem eius quid restat | Certe ego vadam ad tentoria
et queram eum per totum exercitum et forte eum querendo nō in-
veniam postea [illegible] per [illegible] propter maiorem fortitudinem et cum
invenerunt me custodes qui custodiunt tentoria et cum
vidissem illos quesivi ab eis vbi inveniam et cum invenio
nō dimittam donec introducam illum in domum matris mee
et in cubiculum mee genitricis | Et hic intelligitur per domum
matris thoraces que pendebant ante lectum filie pharaonis
que cortine pendebant circa lectum suum ad modum domus in maior-
ibus et vna cortina erat protensa super lectum ad modum tecti
quod dixit in domum matris mee quia et alias cortinas duxit
secum quas mater sua dedit ei quando fuit desponsata regi
salomon et cubiculum vocavit totos illos quos eciam duxit
de domo matris secum quod nō est dubium quin adduxit de
talibus clenodiis in magna copia secum

Adiuro vos filie ierusalem per capreas ceruosque
camporum ne suscitetis neque euigilare faciatis
dilectam meam donec ipsa velit | hic littera est intelligenda
sicut superius dictum est. quia sponsa sua sunt nimis fatigata
dicendo propter amorem salomonis ut supra dictum est quod ipsa posuit se
ad lectum et obdormiuit Interim venit salomon

Q ꝙ Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula
fumi ex aromatibus mirre et thuris | Et

vniuersi pulueris pigmentarij || Hic adolescentule filie pha
ronis loquebantur ad salomonem pro tunc quod ipsa dormiuit
propter quod ipsa diligeret eum et quoniam ipsa fuit affligata tedio propter eum
d. Ecce sponsa sua tua mea domina multum desiderauit ad
aduentum tuum et sepius fuit in proposito veniendi ad te sed quod vix
fuit ausa pro nobis Quae ad ipsa sit multum delicata et tenera
sicud fumus qui oritur de preciosis aromatibus sic talis
fumus est delicatus et ascendit ad modum virgule sic ipsa
tenera est et delicata ergo non potuit bene ire ad te propter multa
incomoda que sunt in vijs de quibus est magis suspecta ergo sub
iungit in textu En lectulum salomonis sexaginta fortes
ambiunt ex fortissimis israhel omnes tenentes gladios et
ad bella doctissimi vniuscuiusque ensis super femur
suum propter timores nocturnos | Ecce dicunt quod tu sub dio in ten
torijs et sub maxima custodia et habuisti maximum apparatum
Et lx fortissimi custodiebant qui sub se habuerunt multos
qui ultra ad circuitum corporis et in fortiores istorum custodiebant
tentorium tuum armati omni tempore | et tenentes gladios in ma
nibus nocturno tempore propter timores quos debuisset eum custodisse
cum familia sua magna si iter arripuisset quod fuit multum
periculosum ambulare per campos et specialiter nocturno tempore etc.
Ferculum fecit sibi rex salomon de lignis libani co
lumpnas eius fecit argenteas reclinatorium
aureum ascensum purpureum media autem caritate
constrauit propter filias ierusalem | Hic non reddit causa
quare filia pharaonis tantum diligit salomonem et causa fuit ista
fecit ferculum id est solium vel thronum de materia nobilissima
non est intelligendum de magno throno eburneo | quem fecerat
sed alium fecit vnum adeo magnum et illud fecit de lignis
libani cuius throni columpnas fecit argenteas | et illam partem
ad quam solet inclinare dorsum vel pes quod vocatur reclinatorium istam
fecit de auro purissimo et fecit ascensum eius cum sex gradibus
per quos ascendebatur de lapidibus preciosis | et illud thronum

decoravit ymaginibus valde delicatis quas fecerat in
cedri in illis ymaginibus posuit lapides nobilissimos ha-
bentes virtutem attractivam quos appellat media caritate
et hoc propter filias Jherusalem et ideo appellari media caritatis
quia sicud medium inter duo extrema sic iste ymagines
racione lapidum in eis positorum virtutem attractivam habencium
inclinavit omnes mulieres ad amorem Salomonis ad ipse se-
dent in illo throno // Et quia ita filia pharaonis corpore
istius throni fuit ipsum fecerat in preparando quod tamen fuit in-
clinata ad amorem ipsius Salomonis // Egredimini filie Syon
et videte regem Salomonem in dyademate quo coronavit
eum mater sua in die desponsationis illius et in die leticie
cordis eius // hic ipsa filia pharaonis extollit gloriam Salomonis
ipsis filiabus Jherusalem dicens // O filie Jherusalem videte in qua gloria
Salomon sit constitutus approbatione sue matris sicud legitur iii° Regum i
ubi legitur quod Adonyas sibi imposuit et usurpavit dyadema et
voluit regnare quod audiens // Bersabee mater Salomonis ivit
ad regem cum Nathan propheta // et supplicat pro filio suo quod rex
iussit poni super mulam suam // et imposito eius dyademate consti-
tuit eum regem super Israhel et de leticia cordis eius scilicet huius Salo-
mon sponsa sua ~~gratulatur~~ exultando gratulatur dicit // hec verba
apposita inducit quantam gloriam Salomon habebat dilectus meus
et ita dies sibi maior fuit leticie quam umquam habuit prec-
edentibus omnibus diebus vite sue cum totum regnum Israhel subiugatum
suo imperio et sic diadem subiectum

Incipit quartum capitulum

Quam pulchra es amica mea oculi tui columbarum
absque eo quod intrinsecus latet // Capilli tui sicut greges
caprarum que ascenderunt de lavacro omnes gemellis fetibus
et sterilis non erat inter eas sicut vitta coccinea labia
tua et eloquium tuum dulce sicut fragmen mali
punici ita gene tue absque eo quod intrinsecus latet sicut
turris David collum tuum que edificata est cum propugnaculis mille
clipei pendent ex ea omnis armatura fortium duo
ubera tua sicut duo hinnuli capree gemelli qui pa-
scuntur in lyliis donec aspiret dies et inclinentur umbre

vadam ad montem mirre et ad collem turris
hic salomon commendat sponsam ad omnes partes corporis
d. O amica mea predilecta tu sicut modicum es delicata
Et formosa oculi tui sicut oculi columbarum Ita enim sunt
qui mundi et clari et amoris receptiui ita enim oculi tui
pugnantes in se amore ex munditia et claritate corporis
absque amore tuo quod latet in corde tuo qui inexplica-
bilis est capilli tui sicut greges caprarum que ascenderunt
de galaad sic iste caper vadit cumatim in illo monte
et quod hoc est delectabile ad inspiciendum Sic capilli tui
multum delectant ad uidendum propter pulcherimum corporis quia sunt
bene redemiti et bene dispositi unus capillus ad aliud
Et propter amplitudinem quia sunt in magno numero sed multum
ornat te Et prouocant me ad amorem dentes tui
sunt dispositi sicut greges que tempore tansionis sunt lote
et sic talis alba et delicata est et amena ad uiden-
dum ita et dentes tui sunt albi et mundi et delicati
et non est in eis sterilis quia stridunt uel maculati sed
omnes sunt recentes et in recto ordine dispositi Et hoc est
multum incitat me ad amorem et dilectionem tuam Sicut
vitta coccinea labia tua sic sunt rubea sicut ad modum
vitte coccinee quod etiam multum adornat faciem tuam et verba
tua sunt melliflua et in omni amore sunt plena Et
gene tue sunt de licate sic cum malum frangitur tunc pars ab
intra est malum album et rubeum ab extra per exemplum rubedinis
absque pulchritudine tua que latet ab intra sub vestimentis
tuis Et collum tuum turris dauid que stat erecta Et est
ordinata ~~et est ordinata~~ cum propugnaculis ita collum
tuum stat bene erectum et non curuum et sicut ista turris sunt
ad ornata cum propugnaculis ita capilli capitis tui
collum tuum adornat et torques et alia monilia
adornat te sic clipei et arma turris dauid a-
dornabant et duo ~~verba~~ tua id est duo amores tui
ubera

sunt sicud duo hynnuli gemelli sic illa animalia
sunt delectabilia ad videndum ita et amores tui et amor
tuus quem habes ad me et amor meus quem habeo ad te ita suauis
est et tantum delectat me sicut homines delectat videre illa
animalia que pascuntur in pascuis, vbi sunt flores liliorum et hoc
inductiuum allicit me ad amorem tuum mea

Tota pulchra es amica mea et macula non est in te
Veni de libano veni coronaberis / de capite
Sanir Amana de vertice Sanir et hermon de cubilibus
leonum et de montibus pardorum / hic salamo commendat
sponsam suam in generali et tunc porrigit vltimam peticionem
suam ad eam ut descendat de syon in ierusalem ad illam
domum quam sibi edificauerat. d. O amica mea dilecta dilecti
ssima super omnes mulieres totius mundi quia tu es tota
pulchra et delicata / et non est [illegible] in te corporis tam mo
dica vel magna quod habeat aliquam maculam in se et ideo
eciam tu placens oculis meis quia ego tantum afficior ad te tu
mito deus exaudire peticionem meam et descende in ierusalem
ad inhabitandum illam domum solempnem quam pro te sola edifi
caui propter magnum amorem quem habeo ad te et dicat tribus
vicibus veni ut eo citius inclinet et reddit eam inde
negabilem / descende in ierusalem quia cum veneris in ierusalem
ego statim coronabo te / et faciam te dominam et reginam
totius regni / quia hoc intendo facere ita te ergo tu non debes
excusationem amplius excusando te / et quia volo te
coronare super omnes mulieres ergo non decet quod tu amplius
moreris / Scriptum descende / quia non decet te amplius in
istis humilimis edificiis commorari in quibus non homines
sed bestie decent habitare / et annuit peticionem suam et
descendit cum eo in ierusalem

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa mea vulnera
sti cor meum in vno oculorum tuorum in vno crine colli
tui Quam pulchre sunt mamme tue soror mea sponsa
mea pulchiora sunt vbera tua vino et odor vngentorum

Super omnia aromata fauus distillans labia tua
sponsa mel et lac sub lingua tua odor vestimentorum
tuorum sicut odor thuris / hic salomon iterum commendat
sponsam suam secundum aliquas partes corporis et vocat eam sororem
propter secretorum revelationem quia fuit conscia omnium secretorum suorum
dicat ergo o sponsa mea tu vulnerasti me quidem propter amorem
tuum et pulchritudinem tuam quia tu es monocula ad hoc tu uno
oculo places michi super omnes alias mulieres Et unus de
crinibus tuis excellit omnes crines omnium mulierum Item Et
mamme hic comparantur pectorum mulierum bene disposita et pulchra
et amores tui delectant me plusquam optimum vinum odor autem
unguentorum tuorum plus redolet quam omnia aromata mundi
et labia tua sunt suavia sicut fauus distillans et re
dolet homines sub lingua tua mel et lac et odor
vestimentorum tuorum sicut quando adoletur deus in sacrificiis

Ortus conclusus soror mea sponsa ortus conclusus
fons signatus Emissiones tue paradisus malorum
punicorum cum pomorum fructibus Cypri cum nardo nardus
et crocus fistula et cynamomum cum universis lignis
libani Mirra et aloe cum omnibus unguentis primis
fons hortorum puteus aquarum viventium que fluunt
impetu de libano Surge aquilo et veni auster
perfla ortum meum et fluent aromata illius / hic
iterum salomon commendat sponsam suam dicens O soror mea sponsa
mea tu es sicut ortus conclusus et bene custoditus / sicut talis
ortus non patitur ingressum bestiarum et bene irrigatur sic talis ortus
est amenus et deliciosus / Ita tu es bene custodita per adole
scentulas tuas / quod tu in mundo custodia tua non poteris defendi
ergo sic homo libenter videt talem ortum / ita libenter
te video et non solum es sic ortus conclusus / verum etiam es
sic fons signatus in quem nulla cadit immundicia / sic aqua
talis fontis est munda et clara / ita tu es tenera et delicata
sic fructus paradisi / ita fructus tuus et sic fructus malorum
punicorum cum fructibus omnium generum pomorum hoc potiorum
et etiam sic fructus istius mirre et aloe et omnium unguentorum

^ scil.

Incipit quintum capitulum

Dein super est sicud fons ipse per quem irrigant omnes orti / Et puteus
de quo nunquam cessat manare aqua viva et sit talis fons
irrigat ortos ita pulchritudo tua et gesta tua ornat et
honorat omnem sexum mulierum / Surge aquilo hic est
ad intendendum quod quando duo venti simul flant aromata solent
copiosius emanare de arboribus ergo ipse comparat pulchritudinem
eius istis ventis quasi dicat / Surge aquilo id est pulchritudo eius
actualis / Et veni auster hoc est pulchritudo naturalis eius / Et
ornate eam et tunc fluent aromata illius hoc est tunc apparebit
eminentia et excellentia pulchritudo eius / Veniet dilectus meus
in ortum suum ut comedat fructum pomorum suorum / Hic
ipsa filia pharaonis invitat sponsum suum ut veniat ad eam
inferendo exponit dicens quia tu dixisti me esse ortum conclusum ergo ad
sinum tua et tu dilectissime mi venias in ortum tuum et vere
amorem meo quod habeo ad te quia stabo ad nutum tuum ad omnia
que desideras / Veni in ortum meum sponsa mea messui mir-
ram meam cum aromatibus meis / Comedi favum cum melle
meo et bibi vinum cum lacte meo / Comedite amici et
inebriamini karissimi / Hic salomon invitat sponsam suam dicens
Soror mea veni in ortum meum hoc est considera quod omnem amorem
meum solum ad te habeo et plantavi in amorem tui et messui
mirram id est omnem gloriam et honorem habeo ad te / Et amor tuus
excellit omnem favum mellis et quod cogito de amore tuo tunc
apparet michi quod biberam vinum cum lacte / O omnes consodales mei
bibite hoc est considerate decorem sponse quia non est ei similis
in omni terra in pulchritudine et more honestate

Ego dormio et cor meum vigilat / Vox dilecti mei
pulsantis aperi michi soror mea sponsa mea amica
mea columba mea immaculata mea quia caput
meum plenum est rore et cincinni mei pleni guttis noctium
Et hic est ad intendendum quod ipse expedit / Salomon absentat se
a dilecta sua et ivit ad aliam civitatem propter negotia forte sui
regni et interim ipsa filia pharaonis magno tedio afficie-
batur propter absentiam dilecti sui et frequenter [illegible] sompnia de ipso
salomone et illa sompnia narrat adolescentulis suis
dicens hic ego corporaliter dormiam tamen cor meum vigilat hoc
est propter sompnia fantasiat in lecto meo / at si vigilarem hoc est

ẽtudinalit̃ m̃ videbã q̃ ipse venisset et pulsass̃ ad
hostiũ ut eũ intromitt̃ tuc̃ Et supplicat m̃ intimũ ami-
cabilit̃ vocando me amicã suã p̃ spalẽ dilcõem eius
ad me et sororẽ p̃ ↄsortia scõrũ nr̃o et columbã p̃
mundiciã corporis mei et d̃r caput suũ ẽe plenũ rore p̃
expressima dilcõem ↄ tĩnt inimi mei pleni guttis noctiũ
hoc ẽ omes inimici corporis mei anhelant p̃ te quia intẽdũ
liberũ esse apud te ut possem ↄfabulari tibi Expo-
liavi me tunica mea quo induar illa lavi pedes
meos quõ inquinabo illos Hic filia phãõnis ↄdicit
petitiõi sue dicens Videbã m̃ q̃ vellem eũ intromittere
et ↄpaciscarem me tali mõ O dilce mi nõ possũ te
intromittere quia eã denudata et expoliata fine vesti-
mentis meis iacco iniquitate mea in lecto meo etẽnã au-
fim tota pedibꝫ et si nõ surgerẽ ego maculacerẽ pe-
des meos ergo nõ possũ te intromittere Dilectus meus
misit manũ suam p̃ foramen et venter meus ↄ-
tremuit ad tactũ eius Surrexi ut aperirem dilcõ meo
manus mee distillaverũt mirrã et digiti mei
pleni mirrã pbatissima Vide ↄcede m̃ q̃ expo
denegavi petitiõem seu volendo intromittere q̃ ipse tũc
magis accensus ĩ amore mei violent volunt aperire
hostiũ ut veniret ad me et misit manũ p̃ foramen q̃
forte fuit in hostio ut aperiret p̃ se et hõ audiens fui
intimũ pterita et venter meus ↄtremuit ad tactũ eius hoc
ẽ quã audivi strepitũ et m̃ apparuit ↄdam ingrata mea
fuisset ↄmota ex timore et tumore et videbã m̃ q̃ sur-
rexissem et aperuissem dilcõ meo hostiũ et manus mee
distillaverũt mirrã hoc ẽ fui accensa in amore eius
et digiti mei pleni mirra pbatissima hoc ẽ omes
inimici corporis mei fuerũt ↄmutate p̃ nimiã dilcõem
qua fui accensa in amore eius Pessulũ hostii aperui
dilcõ meo at ille declinaverat atq̃ transierat Anima
mea liquefacta ẽ ut dilectus locutus ẽ quesivi et illũ
nõ inveni Vocavi et nõ respondit michi Invenerũt
me custodes qui circuiũt civitatẽ p̃cusserũt me

Et vulneraverunt me tulerunt pallium meum custodes
murorum / Vel sic eram in lecto meo postquam audivissem strepi
tum pulsantis quam festinanter surrexi et aperui hostium pulsan
ti erat in magno hostio sicut solet esse in portis religiosorum
per quod aspiciatur quis ibi sit extra in limine et cum aperuissem
hostium dilectus meus ex indignatione transierat quia per me
non fuerat intromissus et cum loqueretur michi / Anima mea facta
liquefacta et resoluta ex amicitia magne dilectionis sicut
glacies liquefit per ardorem solis / Et inde eram in quo quesiverim
eum sed non inveni et cum vocassem eum non respondit michi
ex magna indignatione / Et inde eram michi cum sic circuissem
per vicos et plateas nocturno tempore querendo dilectum meum
invenerunt me custodes qui custodiebant civitatem
apprehenderunt me et percusserunt me tamquam vagabundam
vulneraverunt me et rapuerunt pallium meum quo eram a-
micta illi qui custodiebant muros civitatis tempore tenebroso

Adiuro vos filie Jerusalem si inveneritis // nocturnos
dilectum meum nuntietis ei quia amore langueo
Hic ipsa filia pharaonis supplicat adolescentulis suis ut in-
dicent sibi ubi sit dilectus suus / quasi diceret O filie Jerusalem ex quo
auditis me taliter anhelare post dilectum meum ita ut eadem tempore
noctis non quiescam sed frequenter accipio eum in sompniis
ex propriis cogitationibus quare supplico vobis instantissime
ut si percipitis eum esse in aliquo loco ut demandetis ei quia
tanto affligor tedio propter ipsum quod sum languida effecta propter
diuturnam absentiam suam / Qualis est dilectus tuus ex
dilecto o pulcherrima mulierum qualis est dilectus tuus
ex dilecto quia sic adiurasti nos / Hic adolescentule videlicet
ad petitionem filie pharaonis dicunt Qualis est dilectus tuus quasi
diceret / Quid est quod tu tantum ponderas in dilecto tuo quod est tanto oper-
lentis amoris tui / quod propter hoc ad eum cum tu sis pulcherrima
mulierum multos vidi debes anhelare post ipsum quam post alios
debes anhelare post te / Et quid est quod tu tantum diligis
eum quod ita instantissime supplicasti nobis quod deberemus
sibi indicare amorem tuum validum

Dilectus meus candidus et rubicundus electus ex
milibus Caput eius aurum optimum Come eius elate
sicut palmarum rami nigre sicut corvus oculi eius
sicut columbe super rivulos aquarum que lacte sunt lote et re-
sident iuxta fluenta plenissima Gene illius sunt areole
aromatum consite a pigmentariis labia eius sicut labia
distillancia mirram primam Manus illius tornatiles
auree plene iacinctis venter eius eburneus distinctus
saphiris Crura illius columpne marmoree que sunt fundate
super bases argenteas Species ut libani electus ut cedri
Guttur eius suavissimum et delectabile Talis est dilectus
meus et iste est amicus meus filie iherusalem | Hic ipsa filia
pharaonis vertit ad peccatum adolescentularum suarum dicens pos-
sitis mirari quod tam affligor tedio ad dilectum meum et libenter
facitis quod tam quem diligat ipsum Certe ego modo assignabo vobis
multas raciones Ego dico ad eam multo maxime eum diligo hec quia
dilectus meus candidus et rubicundus quod latet in ipsius sanguine et
electus ex milibus hoc est mille alii homines non haberent tantum de
pulchritudine sicut ipse solus Caput eius est quod aurum optimum
hoc est sicut caput eius preciosissimum est et preciosum sic non est
caput suum Et coma capitis eius hoc est crines sunt elati quod
rami palmarum ita crines eius sunt in longum extensi et sunt
ipsum ornantes sic magis decorat eum Et describit ipsum cum
crines nigros quia hoc est signum bone complexionis Et oculi
eius sunt sicut oculi columbarum que sedent super rivulos aquarum
hoc ipsa addit super commendacionem oculorum quos ipse fecit prius de
sponsa sua et que lacte sunt lote et resident iuxta fluenta
plenissima et tales columbe que solent sedere et nidificare super
rivulos aquarum ut frequentius sunt albe quasi essent lacte
lote et oculi talium columbarum sunt pulchriores quam aliarum columbarum
et puriores et competentiores amoris Gene illius sicut areole aro-
matum vel huiusmodi coloris rubeus in tempore albedini co-
siti a pigmentariis Et gene illius sunt ita delicate quod non est
talis pulchritudinis ymaginacio labia illius sunt distillancia

mirra prima .i. omnia uerba labiorum suorum sunt plena amore
et omni suauitate que intelligitur per mirram // Manus eius tor
natiles .i. rotunde albe et delicate auree non quod fuerint
auree sed aureis monilibus adornate et distincte Venter
eius eburneus .i. albus ad modum eboris et adornatus pre
ciosissimis gemmis et aureis monilibus // Crura illius sunt que
que voluptate mandorum bene disposita quod sunt erecte et
quando quasi solidissimum fundamentum quia fundate sunt super bases au
reas et argenteas Species eius ut libani quia sicut illa
arbor est amena ad uidendum ita dilectus meus est nobilis
in natura // Guttur eius suauissimum et ipse totus est desiderabilis quoniam
ad omnem conditionem // Quos filie iherusalem talis est dilectus meus
Modo audiuistis omnes causas mei amoris et dilectio
nis mee et quare sum affectio ad dilectum meum et ad sponsum
meum dilectissimum |

Capitulum sextum

.6. capitulum

Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum quo
declinauit dilectus tuus et querimus eum tecum
Cum istis igitur hec est sciendum quod cum ipsa filia pharaonis
sic commendaret dilectum suum salomon rex cursus uenit ad dilectam
suam uisitandam et stans post tergum auscultabat omnia
uerba eius ergo adolescentule que presentes erant dixerunt O pulcherrima
mulierum quo abiit dilectus tuus etc. Nos querimus eum tecum
quasi dicerent Non oportet te solicitam esse de dilecto tuo et tu loqueris tamquam
absenti cum tamen ipse sit presens et stat apud te et audit omnia
uerba tua ergo non est utile ut queramus eum tecum sed respice post tergum
et inuenies dilectum tuum // Dilectus meus descendit in ortum
suum ad areolam aromatis ut pascatur in ortis et li
lia colligat Ego dilecto meo et dilectus meus michi qui
pascitur inter lilia // Hic ipsa filia pharaonis uidet adolescen
tulas suas super querentem secum ad eam dicentes Vos queritis quo abiit di
lectus meus etc. quia hora adhuc nesciui nobis unde est super
illa questione quod nesciui ubi fuit dilectus meus sed modo uideo
quod dilectus meus uenit et uenit in ortum suum .i. ad me que sum ortus

sunt quia oculi pulchritudinis et contemplentur pulchritudinem
meam et sanat me et delectat in amore meo

Pulchra es amica mea suavis et decora sicut
Ierusalem terribilis ut castrorum acies ordinata. Averte
oculos tuos a me quia ipsi me avolare fecerunt
Hic salomon commendat sponsam suam in generali dicens O dilecta mea
tu es pulchra suavis ad confabulandum decora ad videndum
sicut Jerusalem que est civitas regalis magna et pulchra et in
terribilis hostibus speciosa. Et ipsam sicut tempore cum alacritate
et illud ornat mores tuos sicut acies castrorum solet adornare
Et tunc subdit yronice quod est modus amantium quo solent
loqui ad suas amicas recede a me quia tu non es pulchra
quia es deformis non possum tecum confabulari cum tu in omnibus
intendit oppositum. Ita salomon etiam loquitur ad sponsam suam
Averte oculos tuos quia ipsi me faciunt avolare de formi
tate tua cum tu videbaris esse valde pulchra. Et excellis
omnes mulieres in pulchritudine et sic dicit ista non vera
oppositum intendens. Capilli tui sicut greges caprarum
que ascenderunt de galaad dentes tui sicut greges
ovium que ascenderunt de lavacro omnes gemellis
fetibus et sterilis non est inter eas. Sicut cortex mali punici
sic gene tue absque occultis tuis. Hic salomon commendat
sponsam suam iterum descendendo ad aliquas partes corporis sui
dicens sibi O dilecta mea tu habes valde pulchros crines
et amenos ad videndum quia capilli tui sicut grex caprarum
est valde speciosus propter variam colorem eorum qui ibi videntur magis
Et dentes tui sunt albi sicut lana ovium que recentes sunt
lote et omnes sunt boni et valentes ad officium suum et
eorum nullus est sterilis et infructuosus et fetidus gene tue
et mamille tue in medio disposite sunt sicut cortex mali punica
et pomi illius cortex que sunt valde pulchra et varii coloris
in cortice et gene tue sunt albe intermixto colore rubeo
absque occultis tuis quod dicitur tu es valde pulchra in illis
membris que videri possunt. Et hoc est in indicium quod sine dubio in illis
partibus corporis que tecte sunt vestibus sis valde pulchra

Sexaginta regine sunt et octuaginta concubine
et adolescentularum non est numerus. Una est columba
mea perfecta mea una est matri sue electa genitrici
sue viderunt eam filie syon et beatissimam predicaverunt et
regine laudaverunt eam / Hic commendat ipse salomon sponsam
suam super omnes mulierum dicens adolescentulis suis O dilecta mea
et vos adolescentule attendite quam pulchra sit sponsa
in oculis meis cum sit maximus numerus quasi infinitus adolescen-
tularum mearum que essent ordinate ad obsequium / Et secundum
sponse mee tamen mihi valeat specialiter sunt sexaginta que racione
pulchritudinis et dignitatis omnes possent esse regine. Et post
hec sexaginta in ordine post vos octuaginta quarum sunt pulchriores
Et excellunt omnes alias in / pulchritudine Et post hoc in-
finitus est numerus adolescentularum que etiam sunt satis pulchre et
delicate tamen comparando istas omnes ad dilectam meam que non
sunt sed tu sola es columba et perfecta in omni pulchritudine et
decore et non solum es ita pulchra in oculis meis Unde etiam
in oculis tue matris que propter pulchritudinem tuam plus elegit
et diligit te pre omnibus filiabus suis et quia filie iherusalem id est
mulieres et virgines consideraverunt tantam / pulchritudinem tuam
dixerunt te esse beatiorem cunctis gentibus et omnes adoles-
centule tue tam regine non pulchriores quam concubine id est minus
pulchre que sunt in obsequiis superiorum omnes laudaverunt te et
sunt te commendatam / Que est ista que progreditur quasi aurora
consurgens pulchra ut luna electa ut sol terribilis ut castrorum
acies ordinata / Hic ipse adolescentule commendant dominam
suam volentes loqui placentia ad favorem regis dicentes / Que est
ista tam ex admiracione que progreditur rubicunda in facie ad
aspectum aurore et fulget in decore suo ad modum lune et pre-
clara ut sit pre aliis mulieribus in pulchritudine et aspectu sicut
sol pre aliis planetis quia sicut homo desiderat videre solem sic te videre
delectantur / Super hoc est etiam terribilis id est gravis in moribus
et seriosa que etiam multum ornat propriam personam tuam sic ornat
propriam castrorum acies propter contra impugnantes cum clipeis
adornata et ergo non est mirum quod sponsus et dilectus tuus tam
afficit ad te quia sis a deo pulchra et delicata

Descendi in ortum nucum ut viderem poma con
vallium et inspicerem si floruissent vinee et
germinassent mala punica Nescivi anima mea
conturbavit me propter quadrigas aminadab Revertere
revertere sunamitis revertere revertere ut intueamur te
hic salomon loquitur ad adolescentulas suas de pulchritudine
sue sponse dicens Ego descendi in ortum nucum per nuces in
telligitur omnem fructum montis hoc est ego descendi ad ecclesiam
meam que est in ortus amenissimus ut viderem poma con
vallium id est ut experirer quam fecunditatem pulchritudinis omnis et
inspicerem si floruissent vinee hoc est si aliquid nove
pulchritudinis in ea floruit et si mala punica germinassent
hoc est si illa nova pulchritudo habuit tantum ut me ad amorem
eius incitaret et ad aspiciendum nescivi quod non credidissem
in ea tantam pulchritudinem et decorem et anima mea contur
bavit me propter quadrigas aminadab hic est advertendum
quod aminadab in libro judith fuit princeps qui sequebatur
moysen in mare rubrum cum exercitu suo et currus illa
nobilis et magna ecclesia est in israhel et etiam reges omnes
de genere eius fuit omni ... dicit hic quod anima mea conturbavit
me hoc est quod in israhel postquam fuit in admiratione et stupore
cum viderent aminadab transire mare rubrum sic ergo nunc
postquam sum in admiratione et stupore quia video quod electa
sponsa mea excellit omnes mulieres in pulchritudine et
decore sicut aminadab excellebat omnes alios currus in
quadrigis et exercitu quando ergo fuit sub ... Tu suna
mitis quod interpretatur captiva vel despecta corrigitur dicens quod debet dici suna
mitis a monte syon dicitur cum qua revertere propter ardens
desiderium quod habebat ad videndum sponsam qua fuit in aspectu
mutua graciosa Quid videbis in sunamite nisi choros Septuaginta
castrorum hic unus adolescentulus commendat sponsam suam
salomonis dicens Quid interius videbis in ea nisi non poteris
ymaginari pulchritudinem que in ipsa apparet Quid

go queris in paradiso tu ecce videbis mea choros castrorum
veluti cerne intra castra posita in prelio ita ut sicut cerne
omnia bene ordinata ad expugnandum sic reperies in ea
scilicet gratiosam et mores dispositos in omni pulchritudine
et decore

Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis
filia principis iuncture femorum tuorum sicut moni
lia que fabricata sunt manu artificis umbilicus tuus sicut
crater tornatilis numquam indigens poculis venter
tuus sicut acervus tritici vallatus liliis duo ubera tua sicut
hynnuli gemelli capree Collum tuum sicut turris ebur
nea Oculi tui sicut piscine in esebon que sunt in porta
filie scilicet multitudinis Nasus tuus sicut turris libani
que respicit contra damascum caput tuum ut carmelus et
come capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus
hic salomon in speciali commendat sponsam suam quantum ad aliquas
partes corporis eius d O tu filia pharaonis regis et omnis corporis
principis quam pulchri sunt incessus tui tu incedis
valde morigerate et ordinate et calciamenta pedum tuorum
mirum adornant te et iuncture femorum tuorum hoc commendat
angelica et dicit quod habet sicut dicit femora tua sunt
bene disposita sed non nimis elevata sed sicut bene propor
tionata corpori tuo ut si essent fabricata manu artificis
umbilicus tuus est fructuosus et non sterilis Et etiam tor
natilis ad modum crateris qui semper est plenus vino
suavissimo venter tuus est elevatus in modico quasi ad
modum acervus tritici et vallatus non ornatus liliis et
variis floribus ornatus et duo verba tua ex amore
tui sunt sicut duo hynnuli gemelli capree sic talia
sunt delectabilia ad nutriendum sicut amor tuus est michi
mirum delectabilis Collum tuum est album et erectum et
non curvatum ad modum turris facte de ebore oculi
clari et puri sicut aque piscinarum in esebon que est in thebe

q civitas ꝑ multitudine ꝑplo d͡r filia multitudinis
Nasus tuus sicut turris sicut turris david q respicit
cont͡ra damascum quia ista turris fuit multu alta / Et solep
nis caput tuum c dispositum sicut mons carmeli qui
e multum floridus ita caput tuum aucolis et ceteris flori
bus c ornatum et come capitis tui pendet sup collum
decorant te sic cortine purpure thronum regis in uictis tortinis
Quam pulchra es amica mea karissima
in delicijs statura tua assimilata e palme et
ubera tua sicut botri Dixi et ascendam in pal
mam et apprehendam fructus eius et erunt ubera tua sic
botri vinee et odor oris tui sic odor malorum / Guttur
tuum sicut vinum optimum dignum dilecto meo ad po
tandum labijsque et dentibus illius ad ruminandum
Hic salomon commendat sponsam suam in generali d͡r o tu karissima
sponsa mea quam pulchra es tu et multum decora et affluens
de licijs statura corporis tui e erecta / Et in nullo curuata
ad modum palme et ubera tua .i. amores tui sunt michi
suauis sicut botrus suauissimus / Dixi ergo intra me ascendam
in palmam h͡c e hanc e commorabor tibi et apprehendam
fructus eius Et capere ꝑ amorem et ꝑ dulces collo
cuciones tuas et tunc amores tui quos habes ad me
erunt michi ita dulces / ac si suggerem vinum de botris suauissimis
et odor oris tui hoc e verba oris tui erunt in corde meo /
ac si comederem poma suauissima et guttur tuum hoc e
affectus cordis tui q͡ biberem optimum vinum et ipsa sta
tim et ex quo tam delectaris in me ecce tu es dignus
q tu potes frui corporis mei ad libitum tuum et ad uoluntatem
tuam stabo omni tempore / Ego dilecto meo et ad me conuersio
eius hic glorificatur filia / pharaonis de amore sponsi eius d͡r
ex quo eum ego diligo ipse tamen afficietur ad me quare nunc
volo sequi omne appetitum meum ad eum

Veni dilecte mi egrediamur in agrum commoremur
in villis mane surgamus ad vineas videamus
si floruerit vinea si flores fructus parturiunt
si floruerunt mala punica dabo tibi ubera mea man
dragore dederunt odorem suum in portis nostris / Omnia
poma nova et vetera servavi tibi / Hic filia pharaonis
invitat sponsum suum ad egrediendum secum volens in
dicare ulteriorem petitionem et quae tamen diligit explicare. Di
cit o dilecte mi tu habes hic multa incommoda de plantis et
variis occupationibus quod non habes tempus et locum ubi possem
exponere petitionem meam / Egrediamur ergo in agrum et commo
remur ad tempus in villis ut possimus commode simul solaciari
et confabulari et deinde mane surgamus et perambulemus vinea[s]
et reficiamur nos illo suavi odore et videamus si floruerit
si parturiunt fructus et etiam si mala punica floruerint Et
sic erimus refecti illo odore delectabili / Et tunc mutuo
confabulamur / Et tunc tibi dabo ubera mea hoc est aperiam
tibi omnem intentionem animi mei quid sit quod cupiam a te
/ Et quod tamen afficiar ad te mandragore dederunt odorem in por
tis nostris hoc est affectus meus videtur quod iam in maxima parte
est ad me inclinatus ita ut michi videtur quod nichil possit esse
quod cupiam a te nec non valeam apud te obtinere quia video
quod tu summe diligis me et omnem amorem tuum ad me inclina
sti / Omnia omnia poma nova et vetera servavi tibi / hoc est summam
et ultimam intentionem hucusque detinui et quod non reclamare
et nunc tempus desiderium meum tibi explicabo

michi

·octavo·

Quis det te fratrem sugentem ubera matris mee ut
inveniam te foris et deosculer te et ducam te
in domum matris mee et in cubiculum genitricis mee
ibi me docebis et dabo tibi poculum ex vino condito
et mustum malorum granatorum leva eius sub capite meo
et dextera illius amplexabitur me / Hic ipsa filia pharao
nis innuit petitionem suam a sponso suo et est sciendum quod ipsa
filia scilicet pharaonis fuit gentilis et egipciaca et multum fove
bat illam fidem licet hucusque occultaret sed nunc dat intellige[re]

salomon dicit O dilecte mi dimidium anime mee et frater meus quis
michi det hoc est quis potest hoc facere vel efficere apud te fratrem
meum mellitum dilectum sugentem ubera id est fidem matris mee
hoc est fidem egipciacam ut inveniam te foris hoc est ut
videam te recessisse a fide tua et fidem meam imitatum et
deosculer hoc est diligam te ex intimis cordis quia di
lecto quod hucusque omnino fuit separata et tunc nullus qui modo de toto
regno tuo audet michi nec genti mee fidei egipciace que dicit
nec ipsam fidem meam despiciet Et si tu vis in hoc exaudire
me tunc ducam te in domum matris mee hoc est in forma
bone fidei mee Et in cubiculum matris mee genitricis mee
Et instruam te in illa fide quam ego didici a matre mea Et parentibus
meis quia tu es nunc michi sapiencior tu statim ut audieris ritum
illius fidei incipies in ea perfectus esse Et tunc docebis me
de illis que ego adhuc non novi et ego hoc est in illa fide
propinabo poculum ex vino condito et mustum malorum
hoc est tam audieris et cognoveris fidem meam perfecto videbitur
esse melior fide tua et erit tunc expellens fidem tuam sicut
vinum conditum expellit alia vina Et tunc leva eius x. g
minus populus erit sub capite meo et dextera illius hoc est
principes et totius regni potestates amplexabitur me hoc
est diligant me et sequantur eandem fidem
Adiuro vos filie iherusalem ut non suscitetis neque
evigilare faciatis dilectam meam donec ipsa velit
Hic ipse salomon convertit peticionem suam dicit O filie iherusalem
adiuro vos id est constringo vos sub iuramento de posse mea ut
eam non suscitetis ad fidem vestram Sed magis confirmetis
illi in fide sua quia tam diligo eam quia etsi ipsam volo
ydola adorare quare volo quod illi aliqui molestiam faciatis
in fide sua si admittere voluerit a nobis fieri Que est ista
que ascendit per desertum delicijs affluens innixa
super dilectum Hic salomon ex admiracione loquitur de sponsa
sua quod tanta possit apud ipsum dicit Que est ista tam pulchra
tam formosa tam delicata veniens de terra filii quia illa

terra non est adeo fructuosa sicut israhel affluens delicijs
hoc est omnibus bonis et tamen sit cupida super dilectum suum ut
sibi consenciat in omnibus sed recedat a deo suo ad deos Et adeo
adorare ydola cum tamen optime nouit quod deus israhel verus
deus sit hoc nichil operatur in corde illorum de fide eorum Et
dilectus ipse loquens ad te Sub arbore malo suscitaui te ibi
corrupta est mater tua ibi violata est genitrix tua
sic applaudit filia pharaonis sponso suo de hoc quod de
clinauit ad fidem dicens O dilecte mi cum gaudio quod
vis consequi propositum meum et istam arborem habeo pro me
uali et signo quod sub hac arbore suscitaui et excitaui te
ad fidem egipciacam Et sub ista arbore corrupta est mater tua
mater tua et fides tua annichilata est Et genitrix tua vio
lata hoc est lex et fides maioris tue desunt ec

Pone me sicut signaculum super cor tuum ut signa
culum super brachia tua quia fortis ut mors est dilectio
tua dura sicut infernus emulacio lampades eius
lampades ignis atque flammarum aque multe non po
tuerunt extinguere caritatem nec flumina obruent eam si
dederit homo omnem substanciam domus sue pro dilectione quasi nichil
despiciet eam Hic amonet sponsam suam et gratiam
de tanto beneficio quod vult adherere fidei sue dicens O spon
sa sancta mea dilectissima tu debes me honorare omni tempore
Et hoc in corde tuo et pone me sicut signaculum super
brachia tua quia dilectio quam habeo ad te est fortis sicut
mors quia non timeo mortem subire propter dilectionem tuam
quia quilibet periculis in pectoribus Et hoc patet quia dilectio
tua trahit me ad te tantum et et recedam a cultu dei
mei et adorabo ydola Et si puenero fieri ero filius
gehenne ignis propter dilectionem tuam quia ipsa dilectio ex
cellit omne quod in mundo est Et emulacio dilectionis dura
est ut infernus quia quemcumque rapit non recedit sic
quos rapit ista dilectio propter eam ipsum omnia derelinquunt Et lam
pades eius quasi lampades ignis atque flammarum quia
sicut flamma consumit materiam sic ipsa dilectio quasi nichil

omnia perimit et combustat et est adeo ardens quod totum
mare nec omnes aque possent extinguere et quamvis illa
preter est thesaurus adeo preciosus quem dabit ipsa dilecto
Et hoc patet nunc quia pro toto mundo non dereliquissem
deum meum sed propter solam dilectionem quam habeo ad te dere-
liquisti eum Et hoc dicit michi est cordi et in corde
tuo indelebile signaculum quod tantum diligam te Soror mea
parvula et ubera non habet quid faciemus sorori mee In die
qua alloquenda est Si murus est edificemus super eum
propugnacula argentea Si hostium compingamus illud
tabulis cedrinis hic salomon loquitur principibus suis dicens
Videte nos sumus quasi ad illam fidem Et soror mea dilecta
ad huc pro durat fide sua non habet ad huc ubera hoc est ydola
que possit adorare Si murus est hoc est si firma est in
appositione sua tunc edificemus super eum propugnacula hoc est faciamus
si vult unum magnum ydolum et sic ipsa faciat ipsum adorando
sic et nos faciemus Si si est hostium hoc est una ad instar
eundem compingamus istud tabulis cedrinis hoc est faciamus
ei paruas tabulas cedrinas et parua ydola que possit
adorare Ego murus et ubera mea sicut turris Ex quo
facta sum coram eo quasi pacem reperiens / hic filia
pharaonis tendet ad dominum salomonem dicens Ego sum murus
hoc est firma sum in proposito et ubera et dii mei sunt fortes
quasi turris firmissima et non erunt omnia stabilita in fide mea
ex quo cepi pacem coram te hoc est ex quo totum regnum
pacificum et sum quasi dominus est consensit sibi in hoc Et est sciendum
quod ipse salomon fecit magnum ydolum et posuit magna
turris Et ad similitudinem illius turris fecit ydolum ut a
longe respicientes possent ipsum adorare ex ceperis ydolis
paruis et ydolum fuit factum de multis materiis nobilibus
argento et auro et lapidibus preciosis Vinea mea fuit
pacifica que habet populos et tradidit eam in custodibus
Vir affert pro fructu eius mille argenteos Vinea
mea coram me est Mille tui pacifica et ducenta

hys qui custodiunt fructus eius | Hic ipsa filia pharao-
nis gloriatur de hoc quod tantum fecerat circa dilectum suum quod sic vin-
cerit eum dicens vna vinea fuit pacifica | Hoc est iste
dilectus meus habuit vnum magnum regnum in sua fide
stabilitum et istud tradidit custodibus hoc est michi | Et pastori
mee | Et ergo non curaui fidem illam ordinaui ut dixi supra
| Et feci non spiritum | Et stabiliui ipsum in mea fide | Et sum
est vna vinea et ego sum custos illius fidei Et michi crediti
in illa sequuntur et custodiunt alios et informant
*Que habitas in ortis amici auscultant te fac me au-
dire vocem tuam* | Hic ipse salomon loquitur sponse sue dicens
| O dilecta ego annui omnibus petitionibus tuis recedendo a
vero deo et adorando ydola feci omnia que cupiebas
quando amore mei quod faciam est En omnes amici auscultant
te hoc est omnes parati sumus obedire tibi tamen fac me audire
vocem tuam tuam hoc intima quod tu velis quod possum
vel debeam facere nichil enim est quod extunc tibi denegemus
*En dilecte mi | Surge et assimulare capree hynnulo
que ceruorum super montes aromatum* | Hic filia pharaonis
fatetur sibi esse conclusum per salomonem dicens | O dilecte mi maiorem
delectationem ad me habuisti quam ego ad te quia tu consensisti michi
in omni facto tuo ideo postea debere sequi quare fuge | Et
recede a me quia ego nescio quomodo possum rendere quia sum
uicta pre quod dilectio tua est fortissima quia non valeam
tibi in hoc equare | Et sic est finis | Sit laus deo meo

Credo deum omnia posse et nichil est tibi credere impossibile
Deus enim in virtute sua virgam in serpentem
hominem in lapidem petram in aquam / Costam
viri in mulierem / Sic potest mutare panem in gloriosissimum
corpus suum / Quod ex puro nichilo cepit / in ligno etiam
pependit / Immo deus per suam omnipotenciam potest mutare quodlibet
cum quibus / Ergo pane in corpus suum / Etiam deus secundum fidem
ex nichilo fecit aliquid / puta celum et terram / et omnia que in
eis sunt / Ergo est a forciori ipse multomagis potest et potest aliquid
facere ex aliquo / sic altissimum corpus suum / ex pane / Et ideo quilibet
christianus fidelis debet credere firmiter quod si quis non crederet
mortem eternam moritur

Pro quo advertendum quod aliquis Si panis mutatur in corpus
christi / quo ad accidentia panis manet sine subiecto / sed tamen accidentibus
est esse in subiecto / Ut volt articulus concilii constanciensis / ubi dicit
accidentibus non est esse sed inesse / Dicit sanctus Thomas / Augustinus quod deus
plus potest / quam intellectus noster potest intelligere / Modo intellectus
non potest intelligere accidens sine subiecto / ergo multoplus deus
potest separare accidentia a subiecto / Sic colorem panis et cetera ab
ipso pane transsubstanciato in corpus suum / Et accidentia in hostia
consecrata stant sine subiecto / et hoc miraculose seu supernaturaliter
Et [illegible] libro lo de accidentibus naturaliter / quorum nullum est sine subiecto

Item diligenter est advertendum / quod quilibet fidelis christianus
volens digne communicare / seu manducare hoc excellentissimum sacramentum
scilicet corpus christi / ille debet credere firmiter / et sine hesitatione quatuor
intuere / quatuor sub specie panis / Primo quod ibi sit corpus
christi / ex vi verborum / Quia verba consecrationis de solo cor-
pore faciunt mentionem / Secundo quod ibi sit sanguis christi / ex con-
comitancia immediata / quia sanguis disponit corpus in materia ad
vitam / Tercio quod ibi sit anima christi ex concomitancia
propinqua / seu mediata tamen / licet anima non vivificet corpus

nisi sanguine mediante / tamen pertinet ad eandem naturam / Quarto q
credendum q ibi sit deitas hys uncta / ex concomitancia remota
Unde licet deitas cum tribus precedentibus faciat unum sacramentum /
quicumque hoc non credit indigne manducat et facit contra
fidem christianam / et tamen debet esse fides vera

Quatuor optat quilibet christianus fidelis credere

Item notandum est quilibet christianus bonus debet credere hec
quatuor omnia contineri sub specie vini et aque in calice
Po licet alio ordine · Primo q ibi sit sanguis ex virtute verborum
pro eo q natura consecrationis calicis de solo sanguine fa
2o cit mencionem / Secundo q ibi sit corpus christi ex concomitancia
immediata / quia corpus est immediatum sanguinis receptaculum /
3o Tercio q ibi sit anima christi ex concomitancia propinqua / quia per
4o tinet ad eandem naturam humanam / Quarto q ibi sit
deitas ex concomitancia remota / quia non pertinet ad eandem
naturam humanam / licet ad idem sacramentum concurrat / et quicumque non vult
credere indigne manducat

Que sunt in hoc sacratissimo sacramento

Item notandum q illa quatuor sunt in hoc divinissimo sacramento puta
in hostia consecrata / et in calice / hoc patet per beatum Ambrosium
in libro de sacramentis qui dicit / Illa que fuerunt in utero
virginis inveniuntur in hoc sacramento / Etiam salvator
noster signat illa quatuor ibi esse Jo vi dicens / Ego sum
panis vivus qui de celo descendi / Per hoc enim q dicit
panis / dat intelligere corpus / Per hoc q dicit vivus dat intelligere
animam per quam corpus vivificatur / et anima corpus sine sanguine
vivificare non potest / Ideo subintelligitur hic sanguis / Et per hoc
q dicit qui de celo descendi / dat intelligere deitatem

Notandum ex istis iam dictis capiunt duo documenta katholica
Primum est q sanguis christi non est solum in calice sicut aliqui
simplices ymaginantur / nec corpus christi tantum in hostia / ymmo totus
sanguis est vere in hostia / quia ex quo corpus est incorrup

sanguis eius non fuit nisi intra corpus suum / etiam totum corpus
vere est in calice / Secundum documentum est quod racionabiliter
est institutum ecclesie moderne / cum enim in primeva ecclesia / sacramentum
hoc sub utraque specie toti populo ministraretur / Ex quo in eius specie
vini et aque / multa pericula effusionis acciderunt / institutum
est / ut tantum sub specie panis / populus communicetur et sub
qualibet specie / tam corpus quam sanguis sumeretur et quicumque
hoc non crederet a fide katholica erraret
Nondum ex istis capiuntur alia documenta utilia / primum
est ex quo aliud est quod ~~cernitur~~ creditur / et aliud
quod cernitur / et vult hoc Gregorius in omelia paschali
dicens / In hoc sacramento est aliud quam quod cernitur / et aliud
cernit quam quod credit / Illud quod cernitur est species panis
Illud quod credit est verum corpus / Ergo oportet a laicis fides
non est sola dirigenda ad illud quod cernitur / sed ad illud
quod creditur / Secundum documentum est ex quo vel confessionis
secrete profecerunt a sacerdote / quod hostia non est adoranda
nisi donec levetur vel adoratur a sacerdote / quia non constat
ibi esse corpus Christi / simile dicat de calice
Item nondum ex istis eliciuntur due veritates katholice
Prima est quod in hoc sacramento proprie non videtur corpus oculo
corporali / quia aliud est quod cernitur / aliud est quod videtur / aliud
paruit super per legem eius / Et si videretur oculo corporali tunc
idem esset quod cerneretur et crederetur / quod non est dicendum
racio humana et fides non habent in medium / Unde Augustinus
Fides non habet meritum ubi racio humana prebet experimentum
Alia est racio humana certa quod ibi cernuntur non sunt in
corpore Christi / ut in subiecto / sed omnino sunt separata a sacramento
Tercia veritas est quod licet ibi proprie non videtur corpus Christi
sed dictum est / tamen non errant plurimi homines / qui dicunt se
vidisse dominum in manibus sacerdotum / Racio nullus errat

tunc verba pnt verificari eo mo quo verificat̃ diuia scriptura in qua dicit̃ quo aliqui viderunt oculo corporali
dnm sc̃ moyses dicit se vidē dnm corporalr cernendo
rubum ꝑ eccl̃ 2° no ꝙ videt deitatē ꝑ quia deitas
assistebat rubo ibi et ita corpus xpi assistit suo mo
speciebus q in hᵗ sacramento cernunt̃ et videntur.

Notandum ꝙ cum sacerdos deferens corpus xpi pro hostia
Quid credi optaat circa h° sacramentu — ad quemdam fidelem pauꝑe dicat credis hic corpus
xpi esse natum d̃ virgine et passum i cruce vtiꝫ tunc
sacerdos interrogas qua fidelis pauꝑ credens debet
intentionē suam dirigere ad illud qd̃ credit̃ ē no ad illud
qd̃ cernitur exterius vtiꝫ ꝑ ma illud qd̃ cernit̃ no ē
corpus xpi vt patuit supra Tamen aduertendu ē qm
plures homines sunt precum nisi instruant̃ ad dirigendū
intentionē sua ad illud qd̃ cernunt et io tunc videt
dicē credis hic corpus xpi sub spē panis Qn̄ siquis dirigit
fidem suam seu intentionē sua ad fidem ecclē cum qua
Exemplum — tunc nullu videt̃ esse periculum Vnde le° ꝙ quedam matrona
singulis diebus dnicis offerebat ꝙ panes ꝑ ꝑo qui
cum post missarum solempnia corpus xpi sibi offerret et
diceret corpus dni nri ihu xpi custodiat te in vita eterna
illa lascivia subrisit Ipse vero ab eius dextera ab ore eius
vertens ꝑtem illam dni corporis super altare posuit Deinde
coram populo matrona interrogauit ob quā causam risisset
ꝑsumpsisset Et illa inquit pane quem propriis manibus
fecerant tu corpus domini appellabas Tunc ꝑ ꝑo ꝑ pane
dulitate mulieris se in oracionem prostrauit et surgens ꝑticulam
illam panis ad instar digiti recepit et se matrona ad fidē
conuertit Orauit iterum et carnem illam in pane illam
conuersam vidit et matrone sumendam tradidit

Notandum istud gloriosissimum sacramentu a solo domino nro

Quatuor sunt cause institucionis huius sacramenti

illud a christo institutum est in cena ultima in qua cenavit et cum
discipulis suis testibus quatuor ewangelistis. Et dicunt hic
doctores sacre scripture quod quatuor sunt cause institu-
cionis huius sacramenti. Prima est propter fidem katholicam prima
extollendam cum virtus sit de bono et de difficili quanto
de difficiliori tanto laudabilior. Secunda quod istud est datum 2a
ad recolendum et rememorandum ut non obliviscamur tantorum be-
neficiorum quorum istud sacramentum est signum rememorativum
Tercia racio est propter spem de futuro confirmandam quia 3a
spes promissi boni maxime confirmatur per arram. Istud autem
sacramentum est signum pignus et arra future beatitudinis
qua expectamus. Quarta racio est propter caritatem in nobis 4a
incendendam quia nichil quilibet inclinat ad diligendum
diligentem et ideo ut prius nos voluit donare in quo
non sua sed semetipsum nobis dedit et per istud sacramentum
homines excellunt angelos. Ergo maxime debet ab ecclesia teneri
in sanctitate et puritate.
Item nondum dicunt hic heretici quod ille panis qui consecratur
a sacerdote in ecclesia non sit corpus christi. Primo panis primo
manet ad sensum visus. Aliter probant sic corpus 2o
christi non corrumpitur sed panis ille corrumpitur ergo videtur
quod non sit corpus christi. Tercio sic quod corpus christi pependit in ligno 3o
crucis sed iste panis a sacerdote consecratus non pependit
in ligno crucis ergo non est corpus christi. Quarto sic corpus 4o
christi est in diversis locis simul et semel sed panis iste
non ergo etc. Respondetur ad primum quod ille panis consecratus est Responsio ad primum
verum corpus christi et non potest videri oculis corporalibus sed
solum oculis mentis et fidei. Unde in percepcione illius
sacramenti omnes sensus decipiuntur sed sola fides reclamat
Unde gustus nichil aliud percipit quam saporem panis
Oculus videt colorem panis auris audit fracturam
cuius sensibus etc.

Sed sola fides Dicit | vos omnes false iudicastis | et omnes de-
cepti estis | quia ibi in hostia verum corpus Christi | et sanguis
sic natus est ex Maria virgine | et sic pependit in cruce
et sic ascendit ad dexteram patris dei omnipotentis
Ad 2m arg. | Ad secundum dicitur quod corpus Christi non corrumpitur | sed species panis
dividitur ~~dividitur~~ bene a sacerdote in tres partes | sed corpus
Christi non dividitur | sed manet integrum et in qualibet particula
est corpus Christi | concomitante etiam sic ipsa anima est in qualibet
parte corporis | Et ideo de anima similiter corpus Christi est in qualibet
parte hostie integrum et totum | Etiam similitudo huius
est in speculo | quia si dividitur in tres partes vel in
plures | tunc adhuc in qualibet parte videbis integram tuam
faciem sic etiam est hic | ymmo si hostia divideretur in mille
partes adhuc in qualibet particula esset verum corpus Christi
Ad 3m arg. | Ad 3m dicitur quod panis iste ante consecrationem non pependit in ligno
crucis | et tunc non est corpus Christi | sed purus panis | Sed post
consecrationem est verum corpus Christi quod pependit in ligno crucis
| Et tunc non est panis sed totus transformatus in corpus Christi
Et in ipsa hostia est solum apparencia et non existencia
quia apparet ibi esse panis | et tamen non secundum fidem est panis
ibi | Sed accidentia ipsius panis sunt sine subiecto | Eodem modo
dicitur de vino et aqua in calice | Similitudo huius patet
in speculo in quo facies hominis apparet et tamen in rei veritate
Ad ultimum arg. non est in speculo sic etiam est hic | Ad ultimum dicitur eodem modo quod
panis ille ante consecrationem non est indivisis locis simul
et semel | sed post consecrationem tunc non est panis ut patuit
| ymmo potest esse simul et semel in infinitis locis ut ipse
est in aliquo loco comprehensibilis | Et similitudo huius habetur
in corona cuius signum est unum | et tamen semel et simul a di-
versis percipitur sic est hic. Secundum dicet aliquis quare
Quare non manducamus corpus Christi sub propria forma. Respondetur. non manducamus corpus Christi sub propria forma sicut
non sub forma panis | Ad hoc dicunt doctores assignantes

multas raciones quarum due principaliter sunt racio .i.a pa ro
est ut fides nostra inde habeat meritum per Augustinum ubi supra
fides non habet meritum. Item idem dicit: Simile quid parva
sentire et punctas dentes crede et manducasti. Item
in ewangelio Beati qui non viderunt et crediderunt. Secunda 2a racio
racio est quia homo est fragilis nature quod si videret cruda
carne ob horreret eam sumere quare sumitur sub specie panis
et non sub forma propria et hoc quo ad primum

Item pro sanctitatibus probet seipsum homo an digne de pane
edat et de calice bibat. Hec verba scribit apostolus prima
Cor xi. per quod quilibet christianus ad dignam corporis christi susce-
ptionem in quibus verbis apostolus vult innuere quod quilibet
bonus et fidelis christianus debet valde caute disponere
et examinare conscienciam suam qui digne vult manducare
corpus christi, sicut ad illud altissimum sacramentum cum summa cor-
diligencia sicut se facit avicula que dicitur singrit de nido
Sic bonus christianus a peccati consuetudine. Primo pennas ponit 2o
sic bonus christianus debet colligere in corde suo omnem vitam suam
2o excutit se sic bonus christianus debet se excutere a macula peccati 3o
3o respicit ad omnes vias suas ut lagos evadat 4o
sic bonus christianus debet se circumquaque respicere ut lagos
dyaboli evadat. 4o alte volat super ramos sic bonus 5o
christianus per meditacionem super lignum crucis. 5o cantat sic 6o
bonus christianus postquam confessatus fuit dicit deo referre
gratiarum actiones. Circa secundum notandum sic vult apostolus duplicatur contingit corpus christi manducari
ubi supra, quod dupliciter contingit hoc sacramentum manducare
scilicet digne et indigne. Unde digne manducat qui
bonus christianus qui accedit cum vera contricione et absolucione
quisitus ad veram penitentiam sicut sunt confessio et satisfactio
de quibus Jo. vi loquitur: Qui manducat carnem meam
et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo
Sed indigne manducant mali christiani qui non accedunt ut iam dictum

Quot modis contingit corpus christi manducare

p°

2°

3°

Et sic triplex modus. Primo qui aliquis accedit ad eukaristiam cum mortali peccato, i. qui aliquis scienter sicut sciret se peccata mortalia de quibus non est confessus. Secundo qui aliquis accedit contra excommunicacionem ut qui est excommunicatus ab ecclesia. Tercio qui aliquis sine reverencia accedit, non diiudicans inter cibum corporalem et cibum spiritualem, qui cibus anime consistit etc. De aliis modis de quibus loquitur apostolus ad Cor. xi. Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit. Ex quibus patet quod tam boni quam mali manducant corpus domini, sed boni ad salutem, mali ad eternam dampnacionem.

Item Bonaventura doctor ponit alios modos manducandi corpus domini et subdividunt. Primo ut ipsi dicunt quod tribus modis contingit manducare corpus christi scilicet sacramentaliter tantum, spiritualiter tantum, sacramentaliter et spiritualiter simul. Pro cuius intellectu Bonaventura dicit: in eukaristia seu hostia sunt duo, puta sacramentum et virtus sacramenti. Unde

Isti manducant sacramentaliter

isti manducant sacramentaliter tantum qui manducant sacramentum et non virtutem sacramenti. Sic manducant mali presbiteri de quibus dictum est qui indigne manducant, de quibus loquitur apostolus ubi supra: Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat etc. Unde Bonaventura: Et quamvis in peccatoribus indigne sumentibus verum corpus christi et verus sanguis continetur non tamen salubri efficiencia.

Isti manducant spiritualiter

Sed isti manducant spiritualiter tantum qui manducant virtutem sacramenti et non sacramentum. Et sic manducant eum boni pani quottidie per fidem et amorem, sic homines stantes circa missam existentes in bono statu ut puta sine mortali peccato vel boni homines qui in agone mortis desiderarent corpus christi, quibus propter brevitatem temporis sacramentaliter non potest porrigi a sacerdote, de quibus loquitur beatus Augustinus: Qui credit in eum manducat eum. Idem: Quid paras ventrem et dentes? Crede et manducasti. Et alibi: Crede et manducasti.

Sed isti manducant sacramentaliter et spiritualiter simul. Qui manducat sacratum et ad hoc virtute sacramenti. Et manducant eum omnes boni christiani de quibus dictum est qui manducat digne. Et Jo. vj. Qui manducat meam carnem et bibit etc. Et est modus manducandi corpus christi excellentissimus et maxime felices sunt isti modo manducantes de quibus dicitur Ecclesiastes iiij. laudavi ergo leticiam quod non esset homini bonum sub sole nisi quod comederet biberet et gauderet. Quia ego expertus sum plura gaudiorum et delectationum genera temporis et mundi. Horum omnium finis vanitas meror et luctus. Unde laudavi pre omnibus leticiam veram puram testimonii iustitie bone et quod non esset homini bonum vel melius sub sole homini nisi quod comederet panem de celo descendentem. Et biberet vinum quod letificat cor hominis id est sanguinem domini mei ihesu christi. | Isti manducant sacramentaliter et spiritualiter simul

Notandum aliqui addunt iam preter modos iam dictos ponunt alium modum manducandi corpus christi qui nec est sacramentalis nec spiritualis. Et manducantes isto modo sibi mortem eternam sumunt. Jo. vj. nisi manducaveritis carnem filii et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam eternam in vobis. Et isti vero tria sunt genera. Primi sunt infideles qui pre malicia dyaboli fallente veritati non credunt divina sacramenta pro salute mundi mirabili dei sapientia instituta. Secundi sunt negligentes qui temporalibus lucris et secularibus negociis tamen se occupant quod sacramentum communicare debito tempore summe negligunt. Tercii sunt contemnentes qui secularibus tantum eternam vitam miserit quod gustare prosequendum negotium omnium modicum eternale. | Alius modus manducandi

Item notandum digna corporis susceptio valet ad multa secundum quod multos delectabiles fructus affert. Primo valet ad remissionem peccatorum venialium. Secundo valet ad memoriam dominice passionis. Tercio ad confirmationem divinorum. Quarto ad cognitionem humilitatis quid homo sit ut hoc intelligit. Quinto multiplicat merita bone vite. Item dicitur ad vitam eterne patrie perducit preterea corpus ad eternam vitam resuscitat. | Digna corporis susceptio valet ad multa | 1o 2o 3o 4o

multis fructibus de quibus supra scribitur causa brevitatis
Item nota quod propter has probabilitates et utilitates et fructus
saluberrimos communicare omnibus hominibus expedit / Immo omnibus
tenetur adminus se in anno semel ad hoc preparare / et communicare
remittere et confiteri quod multum peccaret / nisi propter legittimam
causam sui confessoris ad aliquod tempus differret et
qui quis hoc contempnit gravius peccaret / declaratur sic / Lincolniensis trans-
greditur preceptum quod sancti canones et mater ecclesia statuit
instituit ille multum peccaret / Est ab ipsis institutum quod
quilibet homo utriusque sexus adminus semel in anno omnia peccata
sua tenetur confiteri proprio sacerdoti et sumere corpus Christi / Et si
hoc non fecerit a communitate omnium fidelium expellitur vivus et si
moritur / Et sepultura christiana sibi in cymiterio denegetur
Secundo probat seipsum homo an digne accedat
Quomodo quis noscere debet an digne accedat / Notandum est aliquis / Quomodo debeat cognoscere an digne accedat an
indigne / Hic quod advertendum / Licet nullus homo sciat se nisi revelatione dignum
ad suscipiendum hoc excellentissimum sacramentum / quia est infinite
dignitatis / Et dicunt doctores sacre scripture quatuor quibus debet
se probare si est in bono statu et digne potest accedere ad hoc
sacramentum / Unde cognoscit hominem meum / Primo si aliquis
primo libenter audit sermones de deo tunc signum est quod sit in bono statu
2o si aliquis cognoscit se esse plus inclinatum ad bona
3o quam ad mala / 3o si quis dolet de peccatis preteritis commissis
4o 4to Et habet firmum propositum numquam amplius aliquod peccatum mortale
committere / Qui enim hec in se consideraverit iste per viam bonam digne
communicando accedit / Ergo probat seipsum homo an digne de
pane edat et de calice bibat etc. quo ad secundum
Omnes igitur digne communicare volentes debent dilectissime no-
tare quod sicut ad istum panem de quo conficitur corpus Christi re-
quiruntur septem quorum si unum defuerit non conficitur / Sic ad istum
Septem requiruntur communicanti ad illum qui digne vult communicare / digne communicare volentes requiruntur septem quo si uno ca-
ruerit a communione cedit

Primo requirit q ille panis sit candidus et mundus sic accedens 1o
dz esse mundus ita q no habeat aliquod pctm mortale qui
ergo no pmittit et ppomit q velit esse mundus et castus
no debz accedere qualiscu sit condicionis Unde ysa. Mun
damini qui fertis vasa domini Si go portans dnt esse mdi
multomagis accipientes Ofa qui reuerent tetigit
archam domini mortuus e Quaqs cum peccat qui indigne
accedit ad istud sacramentum quam qui dnm cultello pene
traret Unde dt Apls ubi Pbet autem seip homo.
Sicut ille qui liquorem preciosum vult infundere alicui
vasi prius probat an vas sit mundum an no sic homo
dz se probare qui hoc sacramentum suscepturus e Unde
Sicut Jo. bapta fuit in utero mris sctificatus et
tn timuit tangere verticem domini Quo go nudus ausus
e sume hoc altissimum sacramentum. Legit eciam primo regum q
bethsamite percussi sunt a dno L hoim viri et milia plebis
eo q vidissent archam dni nuda Si go mortui illi qui
acceperunt indigne corpus dni qd sume nequint e q possibil
prauis seipm. Scdo requiritur q ille panis sit bonus 2o
i. dulcis tont racam Triticum enim e dulce sic eciam hoc
volens accede dz esse dulcis in amore xpi et mutuo Un
dt paulus homo iratus gestat secum scm et etiam venenum
de hospicio cordis sui. Homo iracundus e velud aper
in gladio seip impugnans et quasi vindicat se Sic iracu
vindicat se cum pctis corporis et aie Ideo puenitur
grauiter in inferno q pena excedit penas ceteris mdi
Unde quicumque hz iram in corde suo q quouisq mo pueni
entem quinta est deo qui dicit Mia in vindictam et
ego retribuam quamdiu go hoc no fecerit ille no acce
dit digne Tercio requirit q sit tenuis qr gulosi 3o
qui semp sunt in taberna vespe et mane et blasphe
mant et no curant dei mei officium sed semp ludunt
taxillis et tunc male dicunt deum et matrem
eius illi no dnt accede quia no sunt digni hui sacramenti

Unde quidam proh dolor sunt ita gulosi quod obliviscuntur dei
et omnium bonorum operum que ipsis ad salutem anime deberent pro-
ficere. Illos eciam interimunt et ipsos duplici morte temporali
et eterna. Effugite igitur gulam abstinenciam prosequendo.
4o Quarto requiritur quod iste panis non sit magnus per superbiam
et tumidus in vestibus, in corde et verbis. Superbia enim
infatuat cor hominis sicut vinum ebrium. Unde vinum ingre-
ditur blande postquam vero receptum est dominatur in homine
et facit eum fatue loqui et credere. Sic similiter qui ho-
recipit in se superbiam tunc fatue loquitur. Loquitur enim per super-
biam quod alios despicit et credit quod sit talis qualis nunquam
5o erit. Istud enim peccatum inducit stultos ad hoc. Quinto requiritur
quod iste panis sit rotundus. Sic accedens debet esse rotun-
dus id est non accidiosus. Rotunditas enim currit. Sic homo debet
currere de una virtute ad aliam. In omni enim accidioso reg-
nat dyabolus. Et tales eciam non dignum accedere nisi exerceant se
6o bonis operibus. Sexto requiritur quod Ille panis sit sine
fermento scilicet invidie. Unde quando invidia cor occupat tunc
homo nullum scelus abhorret propter invidiam. Cayn occi-
dit ~~filium~~ fratrem suum Abel. Et filii Jacob vendiderunt
Joseph. Judei propter invidiam noluerunt Christo parcere. Luce
Sciebat enim Pylatus quod propter invidiam tradidissent illum
Judei sunt adeo infelices quod ipsi amittunt quod alii lucrantur
7o Septimo requiritur quod iste panis non sit crudus nec decoctus
sed igne assatus. Sic omnes volentes eucharistiam illi debent
accedere similiter non quo in veteri testamento filii Israel accesserunt
ad agnum paschalem. Unde illis preceptum fuit comedere
agnum paschalem igne assatum sed non crudum nec decoctum.
Sic quilibet bonus christianus volens digne accedere ad hoc sacramentum
non debet ipsum manducare crudum non decoctum in aqua
sed debet eum manducare igne assatum.

Ille manducat corpus Christi crudum

Pro quo advertendum Ille manducat corpus Christi crudum

Qui credit in hostia humanitatem non deitatem Et ille manducat | Ille manducat crudum
eum decoctum qui solum credit in hostia diuinitatem sine humanitate
vel qui credit ipsum ex virili semine Et ille manducat | Ille manducat assatum
eum igne assatum Qui credit in hostia firmiter esse
verum corpus christi quod sic exiuit de vtero virginis et sic ipse pe
pendit in ligno crucis Et qui sic debet accedere cum vera
karitate et cum vera contricione et confessione cordis quod debet
esse amara dolendo quod ita benignum potentem et miseri
cordem dominum vnquam ita sepius offenderimus

Ultimo Notandum est Si aliquis ab aliquibus peccatis est oblitus | Una bona cautela
que non potest memorie reducere Ille debet firmam fidem in corde suo
gerere de corpore christi et in ipso doctrinas predicatoribus credendo fir
miter quod ibi sit verum corpus christi virtute omnipotentis dei per misericordiam
suam que excellit omnia ipsius opera misereri sui Et dimit
tit sibi talia peccata que libenter ibi diceret ad memoriam et
non potest Unde lex Nullus ad impossibile obligatur Et probet
seipsum homo an digne despensando etc.

Principaliter hortor vos et quemlibet virum digne communicare
volentem ut abstineat et fugiat a peccato zodomitico
quia deus illud peccatum odit super omnia Unde legitur Genesis Homines
zodomitici pessimi erant peccatores coram domino nimis de
quibus loquitur dominus Clamor zodomorum et gomorre multi
plicatus est et peccatum eorum aggrauatum est nimis Descendam
inquit et videbo quasi dicat incredibile videtur hoc peccatum
hominis perpetrasse Unde beatus Augustinus Peius enim est cum matre
in alia vice dormire hoc enim pessimum est quod sit contra
naturam. Item deus nullum peccatum vindicauit ita magnifice
sicut zodomiticum Primo vindicauit per diluuium Unde legitur in
sacra scriptura quod causa diluuii fuit peccatum zodomiticum Secunda vin
dicta fuit submersio quinque ciuitatum et dominus non solum puniuit

nocent^b q̄ est innocentes Etiam no solum homines sed
etiam animalia bruta Nota antiqui deputaue͂t ad
ulterium pro nichilo esse pcc͂ᵐ huius pcti Unde le^r de
loth Cum uideo hic abhominale pctm dixit zodomit^s
Nolite fr̄es mei nolite hoc pctm face habeo eni duas
filias q̄ nondum cognouerut uirum adduca eas uob
et abutimi eis Unde le^r de lib^o decitalium q̄ deus
distulit incarnacoẽ sua ꝓpter istud pctm et ne incarnai
desinit Etiam le^r in sacra scriptura q̄ illo tpe quo deus
fuit incarnatus inꝑ omes zodomit^a fuit subitanea morte
mortui Et dr̄ eo sodomitico quia hoc uile pctm non
dz nominari et facit homine mutum in die iudicij sic q̄ ꝑ
ignorācia no pt se excusare ·
Item no uter corpus x̄ᵈ solum sumitur sub spe panis sic
sanguis et corpus xpi simul tn̄ corpus xpi solum Sed
q̄ sit uerum corpus xpi et eciam hic sanguis e uerum quia
hec quatuor omia sunt confecta in hostia que bn̄ dicitur
Sz quare ꝑbr̄ sūte sub spe panis et uini et aque
sunt multe cause uel rōes de quibus sup̄ scd̄o Sz quare layci
sumunt sub spe panis Resp^o ꝓpt^r a^us sendalas et ꝓpt^r
periculum euitandum q̄ layci alique sunt grossi ign̄o ic
Item ꝓpt^r hereticos q̄ forma panis seu spes diuit^r a sacd^o
in 3^s ptes et tn̄ corpus x̄ᵈ manet integrum et no diuit^r
et in qualibz ꝑticla z uⁿ corpus x̄ᵈ et qumq̄ hoc
no credet hereticus esse ꝓbatur Et talis indigne
acciderz Et similitudo huius e in speculo Etiam si
diuit^r in tres ptes tn̄ in qualibz pte uidet^r tota facies
sic e etiam hic ymo si in mille diuideretur hostia
ptes tn̄ in qualibz pte est uni et integrum corpus x̄ᵈ
Item no corpus x̄ᵈ sumitur a mal^s non maculatur sicut radius
huius pcti i sole Ille ꝑtransit loca immūda no tn̄ in taedi inmūd

Et corpus christi sumitur a malis secundum doctores nostros capitur
in celum et non permaneat in eis et hoc non est incredibile
Sunt dixerunt quidam quod corpus christi non possit sumi a malis
sed solum a bonis sed hoc non est verum ut ibi Sumunt boni
sumunt mali etc. Nota aliqui heretici dixerunt quod corpus christi
non posset consecrari in diversis locis simul et semel quia
non posset esse in diversis locis quia non est in illo altari integrum
non potest esse in alio altari. Nos dicimus hoc est heresis Quia deus potest
esse in diversis locis ymmo in infinitis nec tamen est in aliquo
loco comprehensibilis etc. Et sic dixerunt quod diversi simul et
semel non possunt sumere corpus christi Sed unum est lectio et pli-
tudo huius habetur in campana quia sonus eius est unus et
tamen simul et semel percipitur a diversis sic hic
Nota premitti credere debemus quod in altari sive in hostia sit
verum corpus christi et sanguis verus licet non appareat quia sensus
ibi decipiuntur ut patuit supra. Unde versus: Vere tu
es deus absconditus etc. Etiam ibi in hostia quedam apparent
et non sunt quia apparet ibi esse panis et tamen
in veritate non est panis ibi secundum fidem sed verum corpus
christi Similiter dicitur de vino et aqua Similitudo huius habetur
in speculo in quo facies hominis apparet et tamen in veritate
non est in speculo Sed est ibi probatum ante supra homo etc.

Mendemus in melius penitendo quod gnissimus vile
peccando p li verba ꝓposita specialit hortam̄
ꝓtinaz p agendo et sic inmito ipa naqȝ pnīa
c peccatorum maculam aufert cor mundificans animam
sanctificans uitam reparans Corpus consolans ꝯsciam emendans
Dans Virtute roborans Vicia respuens · languores
sanans affectus mundans · ligatos soluens aduersa
mitigans Coram deo rutilans Deo reconcilians
angelos letifficans meritum multiplicans demones
fugans Carnem domifficans Spm roborans Vitam
impetrans sempiternam Ecce quanta bona profert
et confert ipa pnīa ꝓpt q merito hortam̄ ad ipam
Diceret aliquis frustra hortam̄ ad ipam pnīaȝ quia ipa
no e auferens qd hz petm qr melius pt se seruare
a pcto vt wlt Salomon dicens Quis inquid potest
dicere mundum cor habeo et allibi Si dixerimus petm no
habemus nosmetipsos seducimus et veritas i nob no est
Vn et ꝓpha dicit Ecce em iniquitatibus ꝯceptus sum
Ubi dicitur q pnīa ipa aufferet qd hz petm voluntarium
actuale sed tpale qd quis ꝯmittit · Pro quo sciendum
petm e dupl scz originale et temporale siue actuale
Originale dr quod trahit a primis parentibus Vnde
Theologi dicunt adhuc proles quod ꝯmisere parentes
Et sine isto pcto nemo pt esse Sz petm actuale dr
id qd e additum sup petm originale Et id e dupl
scz mortale et veniale Veniale dr faciliter veniam
ret dele facile sic p aquam benedictam Et id petm no
ꝯcludit nos a uita etna Sz petm actuale mortale
dr qd mortifficat aiaȝ eternaliter et separat nos a
regno celorum sic q Si decesserimus i tali pcto sine pnīa
Et a tali pcto possumus nos bn finare p gratiam dei
Sz a veniali pcto no possumus nos bn finare vt wlt beg...

Et cont ista duo pcta scz originale et actuale sut duo
remedia Cont originale e baptismus in quo illud
petm hz tolli sic q si aliquis decederet imediate post baptisum
ille esset filius dei Scz cont petm actuale e ipa pnia
de qua hic intendimus. Pro quo Nota pnia capi
tripliciter Primo ca' quia pro qualibz displicencia cordis
ex affectu ac dolentis puericus et accipi ibi penitet
me fecisse hominem Secdo ca' p pena aliqui p aliquo
delicto comisso imposita de quo quis confessus e et
actu in qua usu ipius ecclie qu dic' Iniungo tibi ut ieiu
nas p septem annos intendo solum terciaista et pre
Tercio accipi p sacramento quod delz petm mortale et confert
spualem grm in sacramento Et de illa pnia hic intendimus
